municabit cu linea.f.b. \square Q si hoc fuerit videlicet si a.b.non coicet cu
f.b.non coicabit cu a.f.quare neq.cu a.d.aut d.f.Neg igit a.b.cu d.a.



Potest quoq; b.c.e.4. demonstrari per premissam. pma pars huius ex secula illius & secunda ex prima a destructione consequens. si enim a.d. & d.b. non coincident nec etiam a.b. & f.b. coincidentia si a.b. & f.b. f. coincidenter oportet per secundam partem premissae vt. a.d. coincidat cum d.b. sed postea est q; non. Eodem modo de secunda pte. si enim b.a. & b.f. non coincident nec a.d. & f.d. b.c. communicabunt. nam si sic sequitur per primam premisam premissae vt. a.b. & b.f. coincident q; n. coincidentia quare patet propositum.

C. L. astigato.

Dividere i duas portiones incomensurabiles & dividere in duo incomensurabiles conuertunt ut patet ex secunda pte huius decimi quarte q; quin quagesima prima huius decimi in infra vbi linea. d. b. rōalis dividit in puncto. f. in duo iocantia ex quo patet q; quis rationale coincidat rationali tñ ratiōale potest diuidi in duas pte tales ptes q; neutra illaz cōmunicabit alteri ut si diuidat. ro. in tales duas q; productum viuis in alteram sit. ro. vna ps eti. s. plus. & s. & altera. s. minus. & s. q;rum utraq; & incomensurabilis alteri & est toti. ro. ideo. sc. **Propositio .15.**

Anus superficies rectangula quam continet due linee in longitudine rōiales rationales & probatur. **S**int due linee. a.b. & b.c. continentes superficiem rectangula. a.c. rationales in longitudine; dico superficiem. a.c. esse rationalem. **D**escripto enim quadrato cuius vis ea rum. vt. c.d. linee. b.c. erit per primam sexti. c.d. ad. a.c. si. c. b. d. ad. a.b. quia igitur b.d. cōmunicat in longitudine cu. a. b. ex ypothesi eo q; b.c. sua equalis cōmunicat cum ipsa erit per primam partem ro. c.d. cōmunicans. a.c. cum sit itaq;. c.d. rationalis per diffinitionem erit & a.c. rationalis quod est propositum.

B. Propositio .16.

Em ad iucta fuerit linee in longitudine ratiōali su per ficies rationales rectangula latus eius secundum erit in longitudine rationale lateriq; primo & longitudine commensurabile.

Hec est quasi conuersa prioris ut si superficies. a.c. adiūcta ad lineam. a.b. rationalem in longitudine fuerit rationale; dico q; latus cuius secundum quod est. b.c. erit etiam rationale in longitudine & cōmunicans lateri primo sit enim. a.d. quadratum. a.b. erit rationale ex diffinitione & propter hoc erit cōmunicans cum superficie. a.c. rationali; quia igitur p̄ primam sexti sicut. a.d. ad. a.c. ita est et. d.b. ad. b.c. coincidat aut. d.a. cu. a.c. erit p̄ primam partem. ro. b.d. cōmunicans cum. b.c. ergo cum. b.a. sua equali sed. b.a. rationalis est quare per diffinitionem & b.c. constat itaq;. propositum.

B. Propositio .17.

Tas lineas inuenire potentia tantum rationales commensurabiles quarum longior plus possit breuior quadrato linee sibi commensurabilis in longitudine.

Propositum est inuenire duas lineas rationales potentia tantum cōmunicantes quarum longior sit potentia breviori quadrato linee sibi cōmunicantis in longitudine. Sumo itaq; aliquam lineam rationalem que sit. a.b. super quam describo semicirculum. a.c.b. & sumpto aliquo numero vt. d.e. diuidido ipsum in duos numeros. d.f. & f.e. ita q; sit proportio. d.e. ad. d.f. sicut numeri quadrati ad numerum quadratum non sit antem proportio. d.e. ad. f.e. vt numeri q; drati ad numerum quadratum. talis autem numerus est quilibet quadratus divisibilis in quadratum & non quadratum. vt. 9. qui diuiditur in. 4. & s. & oēs hoy equē multiplices; & inuenio lineam ad cuius quadratum se habeat quadratum linee. a.b. sicut numerus. d.e. ad numerus. d.f. q;liter at ipsa reperiatur in demonstratione. s. si a. dictum est; banc lineam inveniam q;


quod cum longiori multo linee aliquo modo inveniam p̄ producti in eas p̄ proportionem. & 18. p̄spicim

8


| | |
|----|----|
| 64 | 8 |
| 8 | 64 |
| 32 | 16 |
| 8 | 64 |

d

| | |
|----|----|
| 12 | |
| 8 | 12 |
| 72 | 6 |



en iocante sicut ex diffinitione et in eadem proportione quia semicirculus est in multis lineis et



necessario est minor.a.b.coapto p primam quarti intra semicirculum.a.c.b.sitq.a.c. & subtendat linea. Et b dico duas lineas.a.b. & c.b. & e quas querimus. Erit igit p primâ pte. 3o. tertii angulus.c.rectus. & iō p penultimâ primi quadratū.a.b.equale est qdratis duarū lineas.a.c. & c.b. & qd pporatio qdrati linee.a.b.ad.qdratū linee.a.c. & sic d.e.ad.d.f.p ypoth. erit p mensam pportionalitatem pportio qdrati linee.a.b.ad qdratū linee.c.b. si cut. d.e.ad.f.e. ergo qdratū. c.b. rōnale p diffinitionē cū cōicet rōnali superficie. Et qd.c.b. & a.b. sunt incommensurabiles p ultimā ptem. 7. constat duas lineas.a.b. & c.b. & e quas rōnales potētia tñ cōicantes. At qd linea.a.b. e potentiae linea.c.b. in quadrato linee.a.c. que p secundam ptem. 7. cōicat secū i longitudine constat habitū e ppositum. Si aut libeat plures duabus potētia tñ rōnales cōicantes quaz vna potentior sit qualibet aliaz in qua drato alicuius linee secū cōicantis in longitudine respire. sic vt pns linea a.b. rōnalis in longitudine sua quā describat semicirculus. a.c.b. sumatur. nūerus. d. qdratus qui sit diuisibilis i multos qdratos. si non qdratos quoq. non qdratos. mīme sit pportio sicut aliquo. numero. qdrato. tales aut nūeri vltro se offerant vt. 36. qui e diuisibilis. in. 3. & 12. itēq. i. 16. & 10. rursus. in. 9. & 12. ac itēz. in. 4. & 32. isto. & no non qdrato. qd sunt 11. 20. 27. 33. ad inuicē non e pportio sicut alicuius numeri qdrati ad aliū. P. Esto igit vt numerus. d. qdratus diuidat in. e. qdratū. &. f. non qdratū. sit. qdratū linee a.b. ad qdratū linee. a.c. sicut nūerus. d. ad numer. e. & ducatur linea. c.b. & constat ppositum vt prius demonstrauit. a.b. & b. c. e duas tales lineas quas inquirimus. Similiter quoq. diuidā. d. in. g. qdratum & b. non quadratū sit. quadratū linee. a.b. ad quadratū linee. a.k. sicut. d. ad. g. & ducatur linea. k.b. erūtq. vt prius due linee. a.b. & b.k. qles inquirimus. Eodē mō si rursus diuidatur. d.i.l. quadratū & i.m. non qdratū & ponatur pportio quadrati linee. a.b. ad quadratū linee. a.n. sicut d.ad.l. & pducatur. n.b. erūt due linee. a.b. & b.n. quales inquirimus. Q. uod si rursus diuidatur. d.in.p. quadratū & in.q. non quadratū & fuerit pportio quadrati linee. a.b. ad quadratū linee. a.r. sicut. d.ad.p. & ptracta fuerit linea. r.b. erūt et due linee. a.b. & b.r. quales inquirimus. Sunt itaq. linee. a.b. b.c.b.k. b.n. b.r. potentia tñ rationales & in ea cōicantes quaz vna videlicet. a.b. e potentior qlibet aliaz in quadrato linee secū cōicantis in longitudine. Si igitur quatuor b lineas. b.c.b.k. b.n. b.r. nulla cōicat. alii in longitudine constat ppositū. Istud aut sic probatur. Patet. n. ex premissis & quadratū linee. b.c. ad quadratū linee. a.b. e sicut nūerus. f. ad numer. d. & quadratū linee. a.b. ad quadratū linee. b.k. est sicut numerus d.ad.num. b. h. ergo p equam pportionalitatem quadratum linee. b.c. ad quadratum linee. b.k. est sicut numerus. f. ad numerum. h. sed nullus quatuor numerorum. f.b.m.q. & habet ex ypothesi ad alium sicut numerus quadratus ad numerum quadratum. quare per. 3. partem. 7. due linee b.c.b.k. sunt incommensurabiles in longitudine. Eadem ratione quilibet due ex illis quatuor sunt incommensurabiles in longitudine & iquiet ergo quod volumus.

Lastigator

b. In ista infra vbi dicuntur. Si igitur quatuor linearū. b.c.b.k. b.n. & b.r. nulla comunicat alii &c. Nam si vna comunicaret alteri vtputa. b.c. cum. b.k. sequeretur & linea. a.b. comunicaret cum eadem. quia si communicant in longitudine eam quadrata. se haberent sicut duo numeri quadrati per primam partem. 7. huius. & tunc quadratum vnius eam ad quadratum linee. a.b. etiam est sicut numeri quadrati ad numerum quadratum. & tunc per secundam partem. 7. huius esent eorum latera scilicet linee. a.b. & b.k. seu. b.c. in longitudine commensurabilia quod est falsum. Vt prius conclusum fuit oppositum. Et sic de quacunq. alia &c. Et ideo Euclides probat eas esse ad inuicem incommensurabiles ut ibi patet &c.

¶ Lastigatio.

C De necessitate oportuit ponere duas lineas iæquales. ad hoc vt eent in longitudine incōicantes. Et solum in potentia cōicantes rōnales. quia possunt esse due linee solam in potentia rōnales. Et non tñ in potentia cōicantes. sed ēt in longitudine cōicant ut sint latera duas. sufficietur quadratū quarū vna sit. v. pedū. Et alia trium pedū que cū sint sicut duo numeri quadrati. 4.16. & 9.36. p primā ptem. & latera sunt cōmensurabili in longitudine. que latera dicuntur vulgariter p. v. & p. 3. qm. p. 3. est medietas de p. v. Et p consequens quarta p. quadrati. de p. v. vt. 3. Idem dicitur de illis decime octane sequentis.


D Cum quadratum linee. a. b. rōnales se debeat habere ad quadratum linee inueniēde sicut numerus. d. e. ad numerus. d. f. hoc est sicut numerus quadratus ad numerus quadratum linea. a. b. Et linea inueniēda erunt cōicantes in longitudine ex secunda pte. & huius. Et erit pportio eaꝝ. sicut lateris numeri quadrati. d. e. Et lateris numeri quadrati. d. f. cum numero quadrato. d. e. Et d. f. si duplicata suoꝝ. correlatioꝝ. lateꝝ. p. ii. octau ac ēt dictaꝝ. lineaꝝ. quadrata p. 16. sexti sunt suoꝝ. correlatioꝝ. lateꝝ. in duplicata pportione que est similis illi lateꝝ. dictoꝝ. numeroꝝ. Et cum dicti numeri ponantur quadrati. 4.9. & 4.40. latera erunt. 3. & 2. inter q̄ ponatur vnitas. vt supra i. s. huius appetat. Modo q̄cunq; fuerit illa linea. inueniēda erit cōicans linee. a. b. posite. vt dictum ē. Et eaꝝ cōis mensura erit in. a. b. totiꝝ vnitatis in. 3. Et in illa inueniēda erit. vt vntas in. 2. Et sic illa mēsurabit. a. b. secundū numerus. 3. Et illam inueniēdā secundū numerus. 4. ergo dividat. a. b. in tot ptes eq̄les. quod sunt vnitates i. 3. due ex illis erit linea inueniēda ad cuius quadratum se habebit quadratum linea. a. b. sicut numerus. d. e. ad numerus. d. f. rōnibus adiunctis quam postea i. dicto semicirculo vt p̄mittitur coaptabis cetera sunt plana in me ti sc. Sed ponendo. a. b. v. numerus. d. e. dicitur ec. 144. eius. p. c. v. & dividatur. a. b. in. 12. ptes. & d. f. 64.

E Linea inueniēda faciliter habetur per. ii. huius.

Propositio .18.

Etas lineas in potentia tantum rationales communicantes quarum longior plus possit breviori quantum est quadratum linee fibi incommensurabilis in longitudine intenire.


In hac quoꝝ remaneat eadē dispositio cedēq; ypotheses que in premissa hoc solū mutate q̄ pportio numeri. d. e. ad neutrū duos. numerorum. d. f. & f. e. sit sicut numeri quadrati ad numerum quadratum. hoc autē facile fieri posito. d. e. quolibet numero quadrato diviso in duos numeros. non quadratos vt si. d. e. sit. 9. & d. f. 6. & f. e. 3. argumentando ut prius hoc demonstrat excepto q̄. a. b. Et a. c. sunt in cōmensurabili in longitudine per ultimam partem. ¶ Et sciendum q̄ due linee quales hec in premissa docent inuenire componunt binomium & minori earum abscisa de maiori que reliqua est dicitur residuum. Nota etiam q̄ linee tantum potentia rationales communicantes possunt esse una rationalis. & alia irrationalis sicut latera tetragonica duarum superficierum quarum vna sit. 25. pedum & alia. 24. sunt rationalia potentia tantum communicantia latus enim prime superficie est. s. latus vero se exinde non numeratur & possunt esse ambe irrationales vt latera tetragonica duarum superficierum quarum vna sit. 24. pedum & alia. 23. neutrū enim numeratur latus. sumq; i. longitudine incommensurabilia ex ultima parte septime. ¶ Quod si libeat et intenire plures lineas duabus potentia tantum rōnales communicantes quarum vna sit potentior qualibet alterum in quadrato linee secum non communicantis in longitudine firmatur talis numerus qui possit plures sic diuidi q̄ ipsius ad nullam sua partium nec aliquā ad aliquā aliarum sit propotione vt numeri



LIBER

quadrati ad numerum quadratum vt. 25. potest dividiri in. 2. & 25. item in 5. & 10. & pars in. 2. & 5. Et sic processus idem que fuit in premissa.

Castigator.



f **Vt** in premissa per quinam bulus sed facilius per u. huius inueniatur linea ad cuius quadratum se habeat quadratum linee. a, b, sicut numerus d.e. scilicet. 9. ad numerum d.f. scilicet. 6. & quia numerus d.e. ponatur quadratus eius latus erit notu. s. eius radix que in casu est. 3. rationalis in longitudine. & latus numeri d.f.s. 6. est irrationalis. & dicit radix surda. Itaq. int cr. 3. & 2. 6. ponatur vnitatis. Tunc per quintam vel. i. dividatur linea a.b. in tot partes quoties vnitatis in. 3. & vna illarum erit eius mensura que in linea inuenienda erit totiens quoties vnitatis in. 2. 6. Et sic linea inuenienda erit. **P**ropositio. .19.




Nis superficies quam continet due linee potest tantum rationales coincantes est irrationalis dicturque superficies medialis eius latus tetragoni cum scilicet quod in eam potest esse rationale diciturque linea medialis.

Sint due linee. a.b. c.d. continentes superficiem. a.c. rationales potentia tamen coincantes que quilibet repianitur ex premissa. & non primis manifestum est dico superficie. a.c. est irrationalis. Sit. n.c.d. quadratum. b.c. erit rationale p ypothesim eo q linea. b.c. est rationalis in potentia. & q ex prima sexti. a.c.ad.c.d. sicut a.b.ad.b.d. non coincat aut. a.b.c.b.d. q ex ypothesi non coincat cum sua equali que e. b.c. sequitur p secundam prem. io. ut e. a.c. non coincet c. c.d. q p diffinitionem superficies. a.c. est irrationalis. ideoq. si sunt latus tetragonicum est et irrationalis. Dicit autem hec superficies medialis quoniam ipsa est medio loco proportionalis inter duas superficies rationales videlicet in ter quadrata duarum linearum ipsam continentium & linea poteris in ipsam dicitur medialis. quoniam ipsa quoque est medio loco proportionalis inter duas lineas in potentia rationales communicantes & hec due linee sunt latera dicte superficie. Et hoc est q. volumus. **P**ropositio. .20.



Em adiuncta fuerit linea in longitudine rationali superficies equalis quadrato linee medialis latus eius secundum potentiam tantum erit rationale laterum primo in longitudine incommensurabile. **C**hec est quasi conuersa pmisse. Sit. a. linea medialis. sitq. linea. b.c. rationalis in longitudine cui adiungatur superficies b.d. eque quadrato linee. a. q. hoc modo fieri subiungat duabus lineis. b.c. & a. linea. c.d. in continua proportionalitate vt docet. io. sexti. eritque superficies ex. b.c.i.c.d. eque quadrato linee. a.p. 16. eiusdem dico latus eius sicut q est. d.c. est rationale in potentia tamen & incommensurabile in longitudine lateri. b.c. **V** Eritque ex pmissa p diffinitione linee medialis ut linea. a. possit in aliquam superficie concentrica a duabus lineis potentia tamen rationalibus communis in aliis q sit superficies. e.g. cuius latera. e. f. g. erintque due superficies b.d. & e.g. p primam prem. q. sexti. latez. mutuo. pp hoc q. ipsi sunt equeles & rectangule p portio ergo. b.c.ad.e.f. est sicut. f.g.ad.c.d. quare p. io. cum. b.c. coincet in potentia cu. e.f. eo q. quadrata vtriusq. eas. sunt rationalia ex ypothesi. f.g. coincabit in potentia cu. c.d. Cum igit qdratum. f.g. sit rationale p ypothesi merita quoque quadratum. c.d. rationale p diffinitionem atque qd superficies. b.d. est irrationalis sicut sua equalis. e.g. p premissam sequitur ut quadratum linee. c.d. non coincet cu. superficie. b.d. Et qd linee. c.d. ad superficie. b.d. est p primam sexti sicut. c.d.ad.c.b. erit p secundam partem. io. ut c.d. non coincet cu. b.c. qd cu. b.c. sit rationalis in longitudine ex ypothesi erit. c.d. irrationalis in longitudine & potentia tamen rationalis. patet ergo pposita conclusio.








Propositio .21.

Anis linea cōmunicans mediali est medialis.
C sit linea a. medialis cui ponatur linea. b. esse cōicans siue in longitudine siue in potentia tñ dico q. etiā linea b. est medialis. Sit enim linea. c. d. rōnalis in lōgitudine cui adiungatur superficies. c. f. equalis quadrato linee. a. f. item superficies. e. g. equalis quadrato linee. b. hoc aut̄ qualiter fiat in premissa demonstratioē dictum est. Eritq; per premissam linea. d. f. rōnalis in potentia tñ ē incomensurabilis linee. c. d. f. quia p̄ primam sexti. e. g. ad. c. f. sicut. f. g. ad. d. f. cōicat autem. e. g. cum. c. f. eo q̄ quadratum. b. cōmunicat cū quadrato. a. per hypothesim quibus quadratis dicte superficies posite sunt equales; sequitur per primam partem. 10. vt linea. f. g. cōmunicet cum linea. d. f. quare. f. g. est rōnalis in potentia tantum sicut est. d. f. ē incomensurabilis in longitudine linee. e. f. cum linea d. f. sibi cōicans siue incomensurabilis eidem. e. f. eo q̄ siue equalis; hoc enim probatum est in. 8. qđ si fuerint due quantitates cōicantes cūcunq; vna earum non cōicat nec reliquat itaq; per. 19. erit superficies. e. g. medialis ē eius latus tetragonicum quod est. b. mediale quod est propositum. **S**i militer quoq; omnis superficies cōicans superficii mediali medialis esse conuincitur. Sit enim superficies. a. medialis cui ponatur superficies. b. cōicans dico superficiem. b. esse medialem quod sic constabit. Sit linea. c. d. rōnalis in longitudine adiungaturq; ei superficies. c. e. que sit equalis superficiei. a. quod hoc modo fieri. Inueniatur linea. c. f. ad quam sic se habeat vnum ex lateribus superficiei. a. sicut linea. c. d. se habet ad reliquum hec autem linea qualiter reperiatur in. 10. sexti dictum ē. Eritq; ex. 15. eiusdem superficies. d. f. equalis. a. Itemq; eodem modo ad lineam. e. f. adiūgat superficies. e. g. q̄ sit egl̄is. b. erit itaq; p̄. 10. linea. c. f. potētia tñ rōnalis erit quoq; linee. c. d. in lōgitudine incomensurabilis. Et q̄. a. f. b. erant cōmunicantes ex hypothesi erunt quoq; c. e. f. e. g. eis equales cōicantes itaq; per primam sexti ē per primam partem. 10. huius erunt due linee. c. f. f. f. g. cōicantes in longitudine. **E**st igitur linea. f. g. rōnalis in potētia tantum ē linee. c. f. incomensurabilis in longitudine; quare per. 19. superficies e. g. erit medialis; cum linea. e. f. sit ratiōalis in longitudine sicut. c. d. sibi equalis. **C**um sit ergo. b. equalis. e. g. erit quoq; b. medialis; quod est p̄ possum. **E**t nota q̄. omnes superficies mediales cōmunicantes compo- nent superficiem medialem. Vnde tota. d. g. est medialis; quia cum due linee. e. f. f. f. g. sint rationales in potentia tñ ē non cōmunicantes in lon- gitudine sequitur vt totas. c. g. sit rationalis in potentia tantum ē non cō- municans. c. d. in longitudine itaq; per. 19. d. g. ē medialis. Eodemq; mo- do si sint plures.

Castigator.

Quia per nonam compositum ex. c. f. f. f. g. quod est. c. g. cōmuni- cat vtriq;. c. f. f. f. g. tunc per octauam cum. f. g. non cōicet in longitudi- ne cum. e. f. nec etiam. c. g. cōicabit ipsi. e. f. cum. c. g. per. 9. cōmunicet ip- si. f. g. ē ideo per octauam cūcunq; non cōicat vnum nec reliquum cō- municabile ē. ideo due linee. c. g. f. c. d. cum sint rationales potētia tñ cōmunicantes continent superficiem. d. g. totam medialem p̄. 19. f. c.

Si vis scire an due linee seu quantitates irrationales sint cōmuni- cantes siue commensurabiles. primo videoas vtrum sint equales; si sic sem- per cōmunicant cam non sit maior cōmunicantia equalitate. si non sint equales; tunc vide que pars aut partes sit minor maioris redigendo eas ad ultimam earum depressionem per viam fracti schisando; vt vulgo- dicitur; si earum ultima depressione habeat radicem discretam erunt cō- municantes. si non; non erunt; vt si sint. p̄. 90. f. p̄. 40. earum ultima de- pressio erit. p̄. 3 cuius radix est. 3 hoc est. p̄. 40. est due tertie. p̄. 90. ergo se- hnt sicut duo ad tria. s. sicut numerus ad numerum. ideo per sextam huius sint cōmunicantes ē.



Propositio .22.

Anis differentia qua babūdat mediale a media
li : irrationalis esse probatur.



C Sit vtraq; duarum superficierum. a. b. f. a. medialis: di
co q. superficies. b. que est earum differentia est irrationa
lis. **P** Sit enim linea. c. d. rationalis in longitudine cui ad
iungatur superficies. d. e. equalis superfici. a. f. superficies
d. f. equalis totali superfici. a. b. Hoc autem & equaliter fiat i. premisa dor
cuimus. Quia ergo. d. f. est equalis. a. b. f. d. e. equalis. a. erit per coceptio
nem. g. f. equalis. b. Si itaq; superficies. b. non est irrationalis sed rationa
lis: erit f. f. g. sua equalis rationalis. At cum linea. e. g. sit rationalis in lo
ngitudine sicut sua equalis. c. d. erit per. 16. linea. e. f. rationalis in longitudi
ne f. communicans linee. e. g. Per. 20. autem est vtraq; duarum linearum
c. e. f. f. potentialiter tantum rationalis f. linee. c. d. incommensurabilis in
longitudine itaq;. c. f. linea est incommensurabilis linee. c. e. in longitudi
ne. **P** Et quia per primam sexti quadraturi linee. e. f. ad superficiem que
fit ex. e. f. in. c. e. est sicut. e. f. ad. c. e. sequitur per secundā partem. 10. vt qua
dratum linee. e. f. sit incommensurabile superfici. facte ex. e. f. in. c. e. qua
re f. ipsum quadratum erit incommensurabile duplo b. superfici. ex. e. f. in
c. e. Quadratum vero. c. e. cum sit rationale est communicans quadrato
e. f. Totum igitur ex ambobus compositum erit per. 9. communicans qua
drato. e. f. f. ideo incommensurabile duplo superfici. ex. e. f. in. c. e. **P** Et qa
per quartam secundi quadrati linee. c. f. est equale duobus quadratis dua
rum linearum. c. e. f. e. f. duplo superfici. ex. c. e. in. e. f. Et duplum sup
fici. c. e. in. e. f. est incommensurabile aggregato ex duobus quadratis dua
rum linearum. c. e. f. e. f. sequitur per ea que addita sunt in. 9. vt quadra
tum. c. f. sit incommensurabile aggregato ex duobus quadratis duarum li
nearum. c. e. f. e. f. At cum aggregatum ex his quadratis sit rationale: seg
tur quadratum linee. c. f. non est rationale: f. ideo linea. c. f. non est ratio
nalis in potentia: f. idcirco non erit superficies. d. f. medialis neq;. a. b. sibi
equalis quod est inconveniens cum sit contrarium positum: relinquitur igit
ur q. superficies. b. est irrationalis: quod est propositum.

Lastigato.


C Quia oē mediale est rationale sed non econuerso. ut supra. 19. huius:
a **C** Scilicet si quantitates sint incommunicantes totum quoq; ex eis con
fectum seu compositum vtriaq; earum erit incommunicans. f. quia qua
dratum linee. c. f. est perfectum. ex duobus quadratis. e. f. f. c. e. f. duplo
superficie ex. c. e. in. e. f. sequitur per nonam tota. a. b. g. 19z.

b **C** Cum sub duplum sit pars proprie dicta dupli.

Propositio .23.

Anis superficies quam continent due linee me
diales potentialiter tantum communicantes: aut
rationalis est aut medialis.

C Sint due linee. a. b. f. b. c. mediales potentia tantum
communicantes: dico q. superficies. a. c. ab eis contenta aut
est rationalis aut medialis. Sint enim. d. c. quadratum li
nee. b. c. f. a. e. quadratum linee. a. b. eruntq; ex hypothesi hec duo quadra
ta communicantia: f. erit per primam sexti superficies. a. c. medialis me
dio loco proportionalis inter ipsa quadrata. Sumatur igitur linea. f. g. q.
sit rationalis in longitudine: cui adiungatur superficies. f. h. equalis qua
dratok. a. c. f. h. k. equalis superficie. a. c. f. k. l. equalis quadrato. d. c. eruntq;
hee tres superficies. f. b. h. k. f. k. l. continue proportionales: sicut sunt sue
equales. a. e. a. c. f. d. c. quare per primam sexti erunt etiam tres linee. g. h.
h. m. f. m. l. que sunt bases earum continue proportionales. Et cum superfi
cies. f. h. f. k. l. sint communicantes sicut duo quadrata. a. e. f. c. d. cis equa
lia: sequitur per primam sexti f. 10. huius vt linea. g. b. sit communicans ob



modus abordat

m.l. utrāq; autem earum est rationalis in potentia per. 10. huius. Igitur superficies vnius earum in alteram est rationalis: omnis enim superficies quam continent due lineas rationales in potentia: cōmunicantes in longitudine necessario est rationalis vt patet ex prima sexti sī. prima pte. 10. huius sī ex diffinitione sufficierum rationalium. ¶ Et quia ex prima pte. 10. sexti quadratum linee. h.m. ē equale superficie ex. g. h. in. m.l. erit quadratum linee. h.m. rationale. ¶ Si ergo linea. h.m. est rationalis in longitudine sue cōmunicans linee. h.m. que est equalis linee. f.g. erit per. 15. superficies. h.k. rationalis. ideoq. sī sua equalis. a.c. Si autem linea. h.m. sit irrationalis in longitudine sive incommensurabilis linee. h.m. que est equalis linee. f.g. cum ipsa sit rationalis sicut in potentia eo q. suū qdratū ē rōnale erit ex. 19. superficies. h.k. medialis: quare sī sua equalis. a.c. cōstat ergo p. positum. ¶ Et nota q. si due linee. a.b. & b.c. essent mediales in longitudine cōmunicantes: eset superficies. a.c. medialis tm̄. Esset enim superficies a.c. cōmunicans vtrāq; duorum quadratorum. a.e. & c.d. per primā sexti sī per presentē ypothesim sī per. 10. huius: sī ideo superficies. h.k. sibi equalis. a.c. eset cōmunicans vtrāq; superficie. f.h. & k.l. Igitur per primā sexti sī. 10. huius linea. h.m. eset cōmunicans vtrāq; duarū linearum. g.h. & l.m. & quia hec ambe sunt rationales in potentia tantum non cōmunicantes in longitudine linee. f.g. eset quoq. h.m. rationalis in potentia tm̄ non cōmunicans in longitudine linee. f.g. & ideo nec cōmunicans linee. h.p. quare per. 19. erit superficies. h.k. medialis tantum. & ideo etiā a.c. sibi equalis. ¶ Si autem due linee. a.b. & b.c. essent mediales neq. in longitudine neq. in potentia cōmunicantes: superficies. a.c. non eset rationalis neq. medialis. Si enim sic cēt scilicet q. due linee. a.b. & b.c. cēnt mediales neq. in longitudine. neq. in potentia cōmunicantes: esent duo quadrata. a.e. & c.d. incommunicantia. itaq. sī due superficies. f.h. & k.l. cēnt equalis quoq. esent incommunicantes: quare sī due linee. g.h. & m.l. esent incommensurabiles per primā sexti sī per secūdam partem. 10. Et quia vtrāq; earum est rationalis tantum in potentia per. 10. eset superficies. vnius earum in alterā medialis per. 19. Cum ergo quadratum linee. h.m. sit equalē dicte superficie que fit ex. g.h. in. m.l. per primā partem 16. sexti eset per. 19. linea. h.m. linea medialis. Per. 15. ergo non eset superficies. h.k. rationalis. nec etiam p. 10. medialis quare nec sua equalis. a.c.

¶ Lastigato.

¶ Qualiter fiat in tribus precedentibus dictum est. Videlicet per. 10. sexti positis tribus lineis quartam inuenire ad quam tertia sī habeat sicut prima ad secūdā: hoc autem totum fit vt deseniatur ad secūdā partem. 13. sexti sī arguatur superficies illas equales cum sint mutuorum laterū sī vnuus angulus immo omnes vnius equetur angulo alterius sī. quārum trium linearum due sunt latera superficie qdratē. a.s. secūda sī tertia alterā est linea. f.g. quarta inuenta est. g.h. tunc reliqua patent per decimam quintam sexti. Tunc erant quatror linee proportionales. prima. f.g. secunda vnum latus superficie quadratē. a. tertia reliquum latus dicitur superficie quadratē. a. quarta erit linea inuenta per. 10. sexti. s.g. h. ita de reliquis. o. ¶ Scilicet q. nullo nodo posset esse rationalis sed tantum medialis.

Proposito. .24.



¶ Las lineas mediales potentia tantum cōmunicantes superficies rationalem cōtinentes qua rum longior fit potentior brevior: augmentatione quadrati linee cōmunicantis eidem longiori in longitudine inuenire.

Cum omnes due linee mediales potentia tantum cōmunicantes cōtineant superficiem rationalem aut medialē ut ex premissa patet

superficies modis diversis a diversis lineis et rationibus in prima gravitate in longitudine est ad hanc secundum gravitatem in transversa a diversis rationibus et hanc non gravitate in longitudine est ad eam mediat

c. p. 3

| | |
|----------|-------|
| p. 12 | p. 3 |
| p. p. 48 | b. 12 |
| p. 48 | p. 3 |

| |
|-------|
| p. 3 |
| p. 12 |
| p. 48 |
| p. 2 |

LIBER

lxxviii

docet inuenire eas duas que continent superficiem rationalem & eas que medialem. Vnde propositum est inuenire duas lineas mediales potentia tantum cōmunicantes quanum longior possit amplius breuiori in quadrato alicuius linee sibi communicantes in longitudine que continet superficiem rationalem. Ad hoc p̄m doctrinam. 17. Sumo duas lineas a. & b. potentia tantum rationales communicantes quarum longior que sit a. possit amplius breuiori que sit b. in quadrato alicuius linee secundum cōmunicantes in longitudine. Et ponam lineam c. secundū doctrinam. 9. sexti medio loco proportionalem inter a. & b. & ponam ut sit proportio a.ad.b. sicut. c.ad.d. q̄ qualiter fiat in 10. sexti dictum est. Dico tūc duas lineas. c. & d. esse quas querimus. patet enim ex 19. q̄ superficies quam continent due linee. a. & b. est medialis; & quia per primam partem. 16. sexti q̄ dratum linee. c. est dicte superficie equale erit igitur per 19. linea. c. medialis. Cum autem sit a.ad.b. sicut. c.ad.d. & b. communicat cum a. in potentia tantum ex hypothesi: quia tam a.q̄. rationalis est in potentia sequitur per 10. q̄. c. quoq; communicet cum d. in potentia tantum. itaq; per 21. cum c. sit linea medialis; erit etiam d. medialis & per primam partem. 16. erit linea. c. potentior linea. d. in quadrato linee sibi communicantis in longitudine. Si ergo due linee. c. & d. contineant superficiem rationalem ipse sunt quales inquirimus. Eas autem continere superficiem, rationalem sic habeo: cum sit a.ad.b. sicut. c.ad.d. erit permutatio a.ad.c. sicut. b.ad.d. sed erat a.ad.c. sicut. c.ad.b. igitur e.c.ad.b. sicut. b.ad.d. itaq; q̄ primam partem. 16. sexti superficies quam continent due linee. c. & d. est equalis quadrato. b. est autem quadratum. b. rationale per hypoth. cum ipsa sit rationalis in potentia: superficies ergo quam continent due linee c. & d. est rationalis; quare constat propositum.

Lxxix

Nota q̄ ista consēquētia valet sic arguendo iste linee sunt ratiōnales in longitudine ergo cōmunicant in longitudine & in potentia sed non econuerso. s. iste sunt rationales in potentia seu cōmunicantes in potentia ergo in longitudine quia. 12. n. & 13. sunt rationales in potentia & non in longitudine quis in vitroq; communicent. p. n. & 12. 6. cōmunicant in potentia & non in longitudine cum quadratorum suorum non sit proportio sicut numerorum quadratorum. In lineis medialibus non agitur de irrationalitate cum semper sint irrationales quia sunt latera tetragonica superficierum irrationalium vt in 19. dicitur sed solum de eis dicitur cōmunicans & cōmensurabilitas vt patet. n. Scilicet tribus lineis propositis quartā inuenire ad quam. 3. se habeat sicut prima ad secundam & in casu prima ē linea. a. scđa linea. b. tercia linea. c. & quarta inuenta est linea. d. vt ibi dē.

Propositio .25.

 Gas lineas mediales potentia tantum cōmunicantes superficiem q̄ rationalem continentes: quarum longior sit potētior breuiori quadrato linee eidem longior in longitudine incommensurabilis inuenire. Positis duabus lineis. a. & b. rōalibus potētia tm̄ cōicatis tibus quā longior possit amplius breuiori q̄drato linee secum non cōicantis in longitudine que quidem reperiuntur p̄m doctrinā. 18. ceterisq; positionibus manetib⁹ sicut in p̄missa argumentādo mō cōsimili patebit duas lineas. c. & d. ē quales querimus. Et nota q̄ duoc̄ q̄ hec & p̄missa docent inuenire cōponunt bimediale p̄num. & minori earum abscisa de maiori que reliqua est dī residuum mediale p̄num.

Propositio .26.

 Gas lineas mediales potentia tantum cōmunicantes superficiem medialem continentes quarum longior breuiore tanto amplius possit quantā est quadratum alicuius linee incommensurabilis ip̄ si longior in longitudine inuenire.

Cum docuerit inuenire duas lineas mediales potentia tantum committentes superficiem, rationalem continenter: quarum longior plus posset breviori in quadrato linee secum communicantis in longitudine et secum incommensurabilis in longitudine. Nunc docet inuenire duas lineas mediales potentia tamen communicantes superficiem, medialem continentibus quarum longior sit potentior breviori in quadrato linee non secum coicantis in longitudine sed solum sibi incommensurabilis in longitudine. Illud enim facile habet ex isto. **S**int itaq; tres linee sumptem sibi determinam. **a**, **b**, **c**. potentia tantum rationales et in ea solum comunicantes. Sitq; **a** potentior **b**, **c**. quadrato linee sibi incommensurabilis in longitudine est ponatur, **d**, medio loco proportionalis inter **a**, **b**, ut docet. **g**. sexti: **f** sit. **d**. ad. **e**. sicut **a**. ad. **c**. dico duas lineas **d**, **f**, **e**, esse quales ingrimus. Cum sic enim quadratum linee **d**, **e** quale superfici que continetur sub **a**, **b**, **c** per primam partem. **s**. sexti. Sitq; superficies contenta sub **a**, **b**, **c**, medialis: ex. **19**. cum **a**, **b**, **c** sint potentia tantum rationales communicantes erit ex eadem linea **d**, **medialis**. Quia **a**. ad. **c**. sicut **d**. ad. **e**, communicat autem **a**. cum **c**, in potentia tantum ex hypothesi. Sequitur ex. **10**. ut **e**. quoque **c** continetur **c**. **d**, in potentia tamen. Itaq; per. **11**. erit **e**, linea **medialis**. Et etiam quia **a**, **e** potentior **c**. quadrato linee sibi incommensurabilis in longitudine erit quoq; per. **12**. **d**. potentior **e**, quadrato linee sibi incommensurabilis in longitudine. **S**i igitur due linee **d**, **f**, **e**, continent superficiem medialem constat eas esse quales inquirimus. **E**as autem continere superficiem medialem, sic habetur. Cum sit ex hypothesi **a**. ad. **c**. sicut **d**. ad. **e**, erit permixtum **a**. ad. **d**. sicut **c**. ad. **f**. sed **a**. ad. **d**. est sicut **d**. ad. **b**, p. hypothesum: itaq; **d**. ad. **b**. sicut **c**. ad. **e**. igitur per primam partem. **s**. sexti: superficies quam continent **d**, **f**, **e**, est equalis ei quam continent **c**, **f**, **b**. sed **b**, **c**, continent superficiem medialem per. **19**. cum ipse sint rationales in potentia tantum communicantes ex hypothesi: itaq; **d**, **f**, **e**, continent superficiem medialem, quod est propositum. **S**i autem cura esset inuenire duas lineas mediales potentia tantum communicantes superficie, medium continentibus: quarum longior est potentior breviori quadrato linea secum communicantis in longitudine. Sumemus tres lineas sibi determinam. **r**. **a**, **b**, **c**. potentia tantum rationales et in ea solum communicantes: est ponemus lineam **a**, **e** est potentiorum linea. **c**, quadrato aliquius linee sibi communicantis in longitudine: cetera vero manent ut prius argumentatione consimili concluderemus duas lineas **d**, **f**, **e**, esse quales proponitur inquirere. **E**t nota quod due linee quas hec. **s**. docet inueniret componunt bimediale secundum et minori earum absissa de maiori que reliqua est dicitur residuum mediale secundum.

Castigator.

Co **P**otentia linea **e**, **medialis** ad potentiam linea **d**, **medialis** est: ut. **g**. ad. **144**, numerorum qui communicant: quoniam quadrati. **13**, quod est **169**, ad quadratum numeri. **144**, quod est. **20736**, est sicut numerorum quadratorum. Ideo per secundam partem. **r**. huius latera. **13**, **f**, **144**, communica in longitudine est potestate. **a**. ad. **b**, est velut. **r**. **ad**, **s**, **p**. **P**ropter hoc dixit supra i. **17**, **18**, si libeat plures lineas inuenire potentia tamen rationales communicantes: ut posset tres quatuor sive lineas mediales inuenire sive

Propositio .27.

Gas lineas potentialiter incommensurabiles superficies mediam continent quoniam quadrata ambo pariter accepta sunt rationale inuenire.

Propositorum est inuenire duas lineas incommensurabiles tam in potentia quam in longitudine que continent superficiem medialem et quadrata ambarum pariter accepta su-

| | |
|----------|-------------|
| a | 12 |
| d | p. p. 14.40 |
| b | p. 10 |
| c | p. 13 |
| e | p. 12 |

וְאַתָּה תִּשְׁמַע
וְאַתָּה תִּשְׁמַע
וְאַתָּה תִּשְׁמַע
וְאַתָּה תִּשְׁמַע

giant superficiem rationalem. Ad hec autem sumo p. 18. duas lineas. a. b. f. c. d. potentia tantum rationales communicantes quarum longior. que sit. a. b. sit potentior. c. d. quadrato alicuius linee secum incommensurabilis in longitudine. Et super lineam. a. b. describo semicirculum. a. e. b. f. dividio lineam. c. d. per equalia ad punctum. f. f. dividio lineam. a. b. ad punctum. g. ita q. linea. c. f. cadat in medio loco proportionalis inter. a. g. f. g. b. f. qualiter hoc fiat in. 13. dictum est. Et pono q. superficie. b. h. fiat ex. a. g. in. g. b. Eratq. ex prima parte. 16. sexti quadratur. c. f. equale superficie. b. h. f. quia quadratum. c. f. est equale quarte parti quadrati. c. d. ex quarta secundi. Et quia superficie. b. h. deest ad compleendum lineam a. b. superficies quadrata. Cum. a. g. sit equalis. g. b. Et quia linea. a. b. potentior est linea. c. d. quadrato linee sibi incommensurabilis in longitudine ex hypothesi erit ex secunda parte. 14. linea. a. g. incommensurabilis linee g. b. Educo igitur a puncto. g. perpendicularem super lineam. a. b. vnam ad circumferentiam semicircului que sit. g. e. Et protraho lineas. a. f. c. b. quas dico esse quales querimus. Erunt enim. e. g. equalis. c. f. eo q. veraq. cadit me dio loco proportionalis inter. a. g. f. g. b. prima quidem per primam partem correl. 8. sexti. secunda vero per hypothesim; propter quod quadratum. triusq. earum per primam partem. 16. sexti est equale superficie ex. a. g. in. g. b. que est. b. h. ipse igitur sunt equalis. At quia per quartam sexti pro portio. a. e. ad. e. b. est sicut. a. g. ad. g. e. sunt aut. a. g. f. g. e. f. g. b. continuo proportionales erit. a. e. ad. e. b. duplicita; sicut. a. g. ad. g. b. Quare per. 18. sexti erit quadratum lineae. a. e. ad quadratum lineae. c. b. sicut. a. g. ad. g. b. Cum sit igitur. a. g. incōicans. g. b. erit per secundam partem. 10. quadratum. a. e. incōicans qdrato. c. b. quare due linee. a. e. f. c. b. sunt incomensurabiles in potentiā. Et qd. per penultimā primi quadrati. a. b. est equale qdratis duarum linearum. a. e. f. c. b. pariter acceptis quadratis aut. a. b. est rōnalis; cum a. b. sit rōnalis in potentia p. hypoth. erit quoq. quadrata duarum linearum. a. e. f. c. b. pariter accepta rōnalis. Si vero be. due linee continent superficie medialē habitum est propositū. Erat aut. c. d. rōnalis in potentia f. in ea tantum cōicans lineae. a. b. quare f. c. f. f. ideo et. g. e. sibi equalis erit potentia rōnalis f. tñm in eadē cōicans cum. a. b. itaq. per. 19. superficies ex. a. b. in g. e. est medialis. Quia igitur per quartam sexti f. per. primā prem. 16. eiusdem superficies. a. e. in. e. b. est sibi. s. superficie. a. b. in. g. e. equalis. constat duas lineas. a. e. f. c. b. esse quales volumus. Et nota q. due linee quas docet hec. 27. inuenire componunt lineam maiorem f. minori earum absca. que reliqua est dicuntur linea minor.

Propositio .28.



Eas lineas potentialiter incomensurabiles super facieq. rōnalem continentes quaz ambo quadrata pariter accepta sint mediale inuenire.

Sit hic prorsus eadem dispositio que prius in premisa. Sunt autem due linee. a. b. f. c. d. quales p. ponit. 15. eritq. simili argumentatione p. misse due linee. a. e. f. c. b. quales hec. 18. proponit. Cum sit enim. a. b. linea medialis erit eius quadratum mediale per. 19. f. ideo quadrata duarum linearum. a. e. f. c. b. sunt mediale per penultimam primi; f. quia. a. b. f. c. d. continent superficie rationale, sequitur etiam vt. a. b. in. c. f. f. ideo in. g. e. sibi equalem continent superficie rationalem; itaq. f. a. e. in. e. b. pater ergo quod queritur. Vnde due linee quas hec. 18. docet inuenire componunt lineam potente in rōnale f. mediale f. minori earum absca. de maiori que reliqua est dicuntur linea que iuncta cum rationali componit totum mediale.

Castigator.

In istis tribus. s. 27. 28. 19. vbi adducitur. 4. sexti. Imaginantur semper tres trianguli; unus totalis ex. a. c. b. f. duo pariales. s. a. e. g. f. g. e. b. qui

oēs adinūcēm sunt similes per .8. sextū fī ideo latus.a.e.magni respiciens angulū.b. eiudē magni ad latus.g.e.parui respiciēt cūdē angulū.b. rō ne parui trianguli.g.e.b. est sicut lateris.a.b. magni respiciētis angulū.e. rectū ipsius magni ad latus.e.b.parui.s.g.e.b. respiciens angulū.g. rectū eiudem parui. quia omnes anguli recti sunt equales per petitionem & b. priorum latetrum: est idem ut trobiq. respectu dimensionum.

Propositio .29.

 **E**tas lineas potentialiter incomensurabiles superficiem medialem contineentes quaz quadrato ambo pariter accepta sunt mediale duplo superficie vnius in alteram incomensurabile inuenire. **C** Huius quoq. dispositio a duarum premisarum dispositione non sitr quoquā diversa. Sint autem linee due.a.b. &c.d. quales .26. proponit eruntq. premisa argumentatione due linee.a.e. &c.e.b. quas inquirimus. Cum enim a.b. sit linea mediālis erūt quadrata duarum linearum a.e. &c.e.b. pariter accepta mediale. **P** At cum a.b. &c.c.d. contineant superficiem medialem. sequitur vt a.b.in.c. &c. ideo i.e.g. sibi equalēt contineat quoq. superficiem medialēt ois.n. superficies mediali communicans mediālis esse conuincitur: quēadmodū in .21. monstratum est. **P** Superficies igitur.a.e. in .e.b. mediālis est cum ipsa sit equalis superficiet.a.b.in.g.e. **P** Quia vero linea.a.b. est incomensurabilis linee.c.d. erit etiam incomensurabilis linee.c.l. quare & linee.e.g. quare per primam sextū & secundam partem .10. huius superficies a.b.in.e.g. que est equalis superficiet.a.e.in.e.b. erit incomensurabilis quadrato linee.a.b. itaq. & quadratis duarum linearum.a.e. &c.e.b. pariter acceptis. **P** Quod cum ita sit sequitur quoq. vt duplum superficiet.a.e.in.e.b. sit incomensurabile quadratis predictis duarum linearū.a.e. &c.e.b. pariter acceptis & hoc erat monstrandum. **C** Due linee quas. hec. 29. docet inuenire componunt linēam potentēm in duo medialia & minori eārum abscisa de maiori que reliqua est dicitur linea que iuncta cum mediālēt facit totum mediale.

Castigator


C Propter hoc q. multiplicita & submultiplicita eiusdē sunt generis. Vt i. fine quinte diffinitionis quinti libri dictum fuit. Et ideo partes proprie semper sunt de ratione totius. & sic.c.f. cum sit medietas.c.d. etiam per .9. &.8. huius & rectius concludit propositorum.

Propositio .30.


 **I** due linee potentialiter tantū rōnales cōicantes in longū directumq. cōiungant: tota linea ex his cōposita erit irrationalis: dicetur q. binomium. **C** Sint due linee.a.b. &c.b.c. in continuū. directumq. coniuncte rationales in potentia tñ cōicantes quas p. 17. & 18. reperties: dico totam lineā.a.c. ex eis compositam esse irrationalem & ipse vocatur binomium. Est enim p. quartam secundi qua dratum.a.c. equale quadratis duarū linearū.a.b. &c.b.c. & duplo superficie vnius earum in alterā: quadrata autē ambarum faciunt superficiē rationalem ex ypothesi: duplū vero superficie vnius earum in alterā facit superficiē mediale ex .19. itaq. quadrata ambarum pariter accepta faciūt superficiē incomensurabilē duplo superficie vnius ea, in alterā. erit igit ex .9. quadratū.a.c. incomensurabile duobus qdratis duaz. lineaz. a.b. &c.b.c. pariter acceptis quare irrationale p. diffinitionē cum duo illa qdrata faciant superficiē rationalem. ideoq. sūt latus tetragonum quod est. a. c. irrationale quoq. p. diffinitionē: constat ergo propositorum.

Castigator


C Hec irrationalitas facit infra ad .67. huius. Et sicut in ista .30. probatur linea binomialis esse irrationalis per .4. secundi. ita infra .68. huius probatur idem de residuo q. sit linea irrationalis mediante. z. eiusdem.



Linea mediālēt p. ratione




Primedale prim. secundum. tertium.



a b c

Bimediale secundum. tertium.



a b c

fundit. §.9. huius.

Propositio .31.  Due linee mediales potentia tantum coicantes superficiem rationalem continentis directe coniungantur total linea ex his composita erit irrationalis diceturque bimediale primum:

Sint due linee a.b. f. b.c. in continuum directum, coniuncte quales proponuntur quas. p. 24. §. 15. reperiens dico totam lineam a.c. esse irrationalem si ipsa vocatur bimediale primum. Est n. duplum superficie a.b. in. b. c. rationale per ypothes. duoq. que quadrata duarum linearum a.b. f. b.c. pariter accepta faciunt mediale cum vtrumq. quadratum sit mediale per ypothesum si vnum eorum coicans aliud duplum igitur superficie vnius earum in altera est incōicans duobus quadratis piter acceptis: totum ergo aggregatum ex duplo superficie si duobus quadratis si ipsum est quadratum totius. a.c. p. quartam secundi est incommensurable duplo superficie vnius earum in alteram p. 9. huius cum itaq. duplum superficie sit rationale erit quadratum. a.c. rationale. ideoq. si linea a.c. qd est ppositum. I de aliter: si linea d.e. rationale in longitudine cui adiungatur superficies d.f. equalis duobus quadratis duarum linearum a.b. f. b. c. eritq. superficies hec d.f. medialis cu vtrumq. quadratum sit mediale per ypothes. si vnum eorum coicans aliud quare p. 20. linea d.g. est rationale in potentia tanta non coicans in longitudine lineae d.e. Rursus ad lineam f.g. que est equalis d.e. adiungatur superficies f.h. equalis duplo superficie a.b. in. b. c. eritq. f.h. rationale per ypothesum quare per. 16. linea g.h. erit rationale in longitudine. Due itaq. linee d.g. f.g. h. sunt potentialiter rationales si in ea tri coicantes ergo p. 30. tota linea ex eis composta que est d.h. est binominum si irrationalis quare p. 16. a destructione consequentis superficies e.h. est irrationalis. At qd p. quartam secundi latus vnius tetragonicus est linea a.c. ipsa est irrationalis per diffinitionem quod oportuit demonstrari.

Castigator

s. I statum linearum aliquando longior est pomerior breuior in qua quadrato linea maiori communicans. vt in. 14. aliquando non communicans. s. huius.

Propositio .32.

 Due linee mediales potentia tantum coicantes superficiem mediale continentis directe coniungantur total linea erit irrationalis diceturque bimediale secundum. Sint due linee a.b. f. b.c. mediales in continuo directo, coniuncte ut proponitur quas per. 26. contingit reperiens. Dico totam a.c. ex. eis composita esse irrationalem si ipsa vocatur bimediale secundum. Esto enim linea d.e. rationale in longitudine cui adiungatur superficies d.f. equalis duobus quadratis duarum linearum a.b. f. b. c. piter acceptis si qd ex ypothesi duo illa quadrata sunt coicatio; vt vtrumq. mediale; erit superficies d.f. medialis quare per. 20. linea d.g. que est eius latus secundum est rationalis in potentia tantum: si linea d.e. incommensurabilis in longitudine. Rursus adiungatur ad lineam g.f. que est equalis linee d.e. superficies f.h. equalis duplo superficie a.b. in. b. c. eritq. etiam superficies f.h. medialis: erat enim per ypothesim superficies a.b. in. b. c. medialis. ergo duplum eius cui est equalis f.h. erit mediale. Per. 20. igitur linea g.h. rationalis in potentia tantum si incommensurabilis in longitudine lineae g.f. Quia vero a.b. f. b. c. sunt potentialiter tantum communicantes erit per primam sexti si p. secundam partem. 10. huius superficies vnius in alteram incommensurabilis quadrato vniusq. At quia quadrata eorum communicant per ypothesim erit dicta superficies quare si duplum eius incommunicans duobus qua-

dratis eam pariter accepit. Dic ergo **superficies**. d. f. g. h. sunt incommunicantes per primam itaq; sc̄ti & secundam partem. 10. huic erit linea. d. g. incomensurabilis linea g. h. que cum sunt rationales in potentia et per 30. tota linea. d. h. binomium est irrationalis. ergo per 16. a destruione consequentis erit **superficie**. e. h. irrationalis. Et quia latitudo eius tetragonum per quartam secundum est linea. a. c. sequitur per diffinitionem q. linea. a. c. sit irrationalis quod propositum erat ostendere.

Quiusmodi sunt **irrationalia**?

Quia p. primam sc̄ti superficies. a. cad. vnoq; quadratum est sicut basis. a. b. ad basim. b. c. que sunt ex hypothesi due linee non cōmunicantes in longitudine sed solum in potentia. Et ideo p. secundā partem decime huius superficies. a. c. etiam non cōmunicat cum aliquo duorum quadratorum illarum diuariis linearum. a. b. f. h. c. quis superficies illa si dicta quadrata sint irrationalia quia media via frustis irrationali ab aliis communis cantinis se habeant sc̄t numeri per quantam huius.

Quia dato opposito huius consequentis sequitur lineam. d. h. esse rationalem per 16. que non est. Et ideo irrationalis superficies. e. h. que si non eset rationalis sc̄t tunc per 16. vt dictum est.

Propositio .33.



Em coniuncte fuerint due linee potentialiter incomensurabiles superficies medialem continentes quaz ambo quadrata pariter accepta sunt rationales; tota linea erit irrationalis diceturque linea maior.

Sunt due lineae. a. b. c. d. in continuum directum, coniuncte sicut proponitur quas contingit ex 17. reperto idico. a. c. ex eis compositam est linea irrationalis & ipsa vocatur linea maior. Cum enim ambo quadrata pariter accepta sunt rationales superficies vero alterius in alteram quare & eius duplum medialis per hypothesim erit totum ex duobus quadratis pariter acceptis incomensurabile duplo superficie eius in alteram. itaq; totum aggregatum ex duobus quadratis & duplo superficie & ipsum est equale quadrato. a. c. p. quartam sc̄t erit per 9. huius incomensurabile duobus quadratis. diuariis linearum. a. b. f. b. c. pariter acceptis per diffinitionem ergo est quadratum linea. a. c. est rationale & linea. a. c. irrationalis quod est propositum. **I**dem alterius est in premissis ad lineam. d. e. que sit rationalis in longitudine adiungatur superficies. d. f. que sit equalis duobus quadratis diuariis linearum. a. b. f. b. c. pariter acceptis erit rationale per hypothesim quare p. 16. latus eius secundum quod est. d. g. erit etiam rationale in longitudine & communi cans linea. d. c. **R**ursus ad lineam. f. g. adiungatur superficies. f. h. equalis duplo superficie. a. b. in. b. c. erit medialis per hypothesim quare per 20. linea. g. h. que est eius latus secundum est rationalis in potentia tantum per 30. igitur est linea. d. h. binomium est irrationalis ideoq; p. 16. a destruione consequentis superficies. e. h. est irrationalis quare latus eius tetragonicum quod per quartam secundi est. a. c. est rationale per diffinitionem. quod volumen ostendere.


Propositio .34.

Em coniuncte fuerint due linee potentialiter incomensurabiles superficies rationalem continentes quarum ambo quadrata pariter accepta sunt mediales; tota linea erit irrationalis diceturque potens in rationale & mediale.

Sunt ve in premissis due lineae. a. b. f. b. c. in continuum directum, coniuncte quales proponitur & ipse sunt ex 18. sumende idico q. tota linea. a. c. ex eis composita erit irrationalis & illa vocatur linea potens in rationale & mediale. Cum sit enim superficies. a. b. in. b. c. rationalis p. hypothesim. ideoq; & duplum eius ac ambo quadrata pariter accepta



Linea major
est irrationalis




Potens in ratione
et mediale 5¹
est irrationalis

Apponitur

sine mediale! sequitur p. quartam secundi & 9. huius quemadmodum in premisso q. quadratum totius a.c. sit incoercans duplo superficie a.b.in.b.c. per divisionem igitur ipsum est irrationale & linea a.c. irrationalis qd est ppositum. ¶ Idem aliter: sit vt in premisis linea d. e. rationalis in longitudine superficiesq. d. f. sibi adiuncta equalis duobus quadratis ppter acceptis duas lineas a.b. & b.c. eritq. medialis p. hypothesim p. 20. igitur etiam linea d.g. rationalis in potentia tantum non communicans in longitudine linee d.e. Sitq. superficies f.b. adiuncta ad lineam g.f. equalis duplo superficie ex. a.b.in.b.c. exiq. rationalis per hypoth. ¶ ideo per. 16. latet eius secundum quod est g.b. rationale in longitudine quare per. 30. linea d.b. est binomium & irrationalis: ¶ superficies e.b. h. per. 16. a destructione consequentis est irrationalis. Cum itaq. linea a.c. sit eius latus tetragramnacum per quartam secundi sequitur vt a.c. sit irrationalis per divisionem: constat ergo ppositum.

Postpositio .35.



¶ In dicitur fierint due linee potentialiter incommensurabiles superficies mediale & trientes quarum quadrata ambo pariter accepta sit mediale duplo superficie viuis in alteram incommensurabile tota linea erit irrationalis diceturq. potens in duo medialia. ¶ Sint quoq. due linee hic a.b. & b.c. in continuu dicendumq. coiuicte ut pponit que ex. 29. sumende sunt: dico qd linea a.c. ex eis composta est irrationalis & ipsa dicit potens in duo medialia. Adiungatur n. ad lineam d.e. que sit rationalis in longitudine superficies d.f. equalis duobus quadratis duas lineas a.b. & b.c. ppter accepta et ieq. medialis p. hypothesim quare p. 20. linea d.g. erit rationalis in potentia tamen & incommensurabilis. d.e. linee rationales in longitudine. ¶ Rerius ad lineam g.f. que est equalis d.e. adiungatur superficies f.b. que sit equalis duplo superficie viuis in altera erit et ex hypothesi medialis quare p. 20. linea g.h. erit rationalis in potentia tamen. ¶ At qd per hypothesim ambo quadrata pariter accepta sunt incommensurabile duplo superficie viuis in altera sequit vt d.f. sit incommensurabilis f.h. quare p. primam sexti & secundam partem. ro. huius linea d.g. est incommensurabilis. g.h. p. 30. igitur est linea d.h. binomium & irrationalis. Iaq. superficies e.b. est irrationalis & eius latus tetragramnum quod est a.c. vt in premisis: quare constat ppositum. ¶ Si autem duplum superficie a.b.i.b.c. non esset incommensurabile ambobus quadratis pariter acceptis esset linea a.c. medialis. Eset enim d.f. communicans f.b. ideoq. linea d.g. linea g.h. tota igitur d.b. est rationalis in potentia tantum & incommensurabilis in longitudine linee d.e. per. 19. igitur esset superficies e.b. medialis eiusq. latus tetragramnum quod est a.c. linea medialis. Ut autem scilicet fieri doctrina sequentium premonstranda arbitramur hoc loco duo quoniam primum est.

Caligatior.

¶ Quia tota superficies e.f. nunc esset medialis per. 11. & 9. huius possit per. 10. linea d.h. que est latus secundum dictae superficie. e.b. est solum in potentia rationalis lateriq. primo d.e. in longitudine incommensurabilis. Et ideo per. 19. latus tetragramnum superficie. e.b. est linea medialis quod est per. 4. secundi linea a.c. vt premittitur. ¶ Vel sic ff melius per. 9. huius. Si autem duplum superficie a.b.in.b.c. non esset incommensurable seu incommunicans ambobus quadratis pariter acceptis. tunc esset eidem commensurabile sua communicans quare per. 9. totum ex eis scilicet d.f. & f.b. perfectum. scilicet superficies e.b. esset communicans & trias superficies scilicet d.f. & f.b. quare per. 11. huius e.b. tota esset etiam medialis superficies. Et ideo per. 10. secundum latus eius quod est tota d.h. est solum in potentia rationale & sic per. 19. linea a.c. que per. 4. secundi est eius latus tetragramnum esset linea mere medialis ff.

C Si aliqua linea per duo inequalia dividatur quadrata amba-
rum sectionum pariter accepta: tanto amplius sunt duplo super-
ficiei vnius earum in alteram quatum est quadratum eius linee.
qua maior excedit minorum.

C Sit enim linea a. b. divisa per duo inequalia in puncto c. sitq; maior
portio c. b. de qua sumatur c. d. equalis a. c. dico q; quadrata duarum li-
nearum a. c. & c. b. sunt amplius duplo superficii vnius in alteram in qua-
drato linee c. d. b. **P** Nam quod sit ex a. c. in c. b. bis cum quadratis duarum
linearum a. c. & c. b. est equale et quod sit ex a. c. in c. b. quater cum qua-
drato d. b. **E** o q; utraq; haec equalia sunt quadrata linee a. b. priusnam qui-
dem per quartam fecit: di. Secundum vero per .8. eiusdem. Demptis itaq;
utraq; equalibus videlicet eo quod sit ex a. c. in c. b. bis erunt residua que
sum de primo quidem quadrata duarum linearum a. c. & c. b. **D** Esecun-
do vero quod sit ex a. c. in c. b. bis cum quadrato d. b. equalia. Quare co-
stat ppositum. **P** Ex hoc ergo manifestum est q; si aliqua linea per duo inequa-
lia dividatur quadrato ambarum partium pariter accepta plus sum duplo
superficiei vnius earum in alteram. Et hoc est p; quod iustus premisimus.





C Si aliqua linea per duo inequalia itemq; alia duo inequalia
dividatur quadrata magis inequalia pariter accepta tanto sum
amplius quadratis minus inequalium pariter acceptis quantitate
est onplum quadratillius linee que inter utrasq; est sectiones et
quadruplum eius quod sit ex eadem linea in eam quod est inter
punctum sectionis minus inequalium et punctum quod dividit
totam lineam per equalia.

C Sit linea a. b. divisa per duo inequalia in puncto c. itemq; per alia mi-
nus inequalia in puncto d. rursum per equalia in c. dico q; quadrata duarum
partium magis inequalium que sunt a. c. & c. b. tantum sunt amplius
duobus quadratis duarum linearum minus inequalium que sunt a. d. &
d. b. quantum est duplum quadrati linee c. d. & quadruplum eius quod
sit ex c. d. in d. c. **P** Sunt enim per .9. secundi quadrata duarum linearum
a. c. & c. b. pariter accepta dupla quadratis duarum linearum b. o. &
c. c. pariter acceptis at per eandem .9. secundi quadrata duarum linearum
a. d. & d. b. pariter accepta dupla sunt quadratis duarum linearum b. e. & c. e.
d. pariter acceptis. **P** Itaq; quadrata duarum linearum a. c. & c. b. pariter
accepta excedit quadrata duarum linearum a. d. & d. b. pariter accep-
ta in eo quo duplum quadrati linee e. e. excedit duplum quadrati linee
d. e. hoc autem per quartam secundi est duplum quadrati linee c. d. & qua-
druplum eius quod sit ex c. d. in d. c. quare constat ppositum. Ex hoc
manifestum est q; quanto fuerint sectiones aliquis linee magis inequa-
les tanto erunt earum quadrata pariter accepta major atq; hoc est prope-
quod iustus premisimus. **P** opositio .36.



A alias duas lineas sub earum termino ex quibus
coniunctim et nominatum est binomium dividit
impossibile est.

C Sit linea a. b. binomium eritq; ex .30. composita ex
duabus lineis in potentia tantum rationalibus commu-
nicantibus que sunt a. c. & c. b. dico q; impossibile est eam
dividi in alias duas lineas sub hac diffinitioe videlicet q; ipse sint potentia
tantum rationales communicantes. **P** Si enim potest dividatur in a. d.
& d. b. que sunt potentia rationales tamen communicantes. Esto quoq; linea
e. f. rationalis in longitudine cui adiungatur superficies b. e. g. que sit eis
quadratis duarum linearum a. c. & c. b. pariter acceptis & superficies f. h.
que sit equalis quadrato linee a. b. eritq; superficies e. g. rationalis et q;
utraq; quadratorum linearum a. c. & c. b. pariter acceptis est rationale
per hypothesim & superficies g. h. medialis per .19. qm; ipsa est equalis du-
plo superficii a. c. in c. b. per quartam secundi. Sit igitur ratis superficies
f. k. equalis quadratis duarum linearum a. d. & d. b. pariter acceptis



quæ cum sint diversæ et pluribus liniis, a. c. f. c. b. est per se secundum precedentem stratorum antecedentium superficies, f. k. diversa ad superficie, e. g. Earum ergo differentia sic, k. g. erit, per quam secundi excessus superficiet, f. h. super. f. k. qui sit, k. l. equalis duplo eius quod sit ex. a. d. in. d. b. si propter hoc erit etiam superficies, f. k. rationalis, & superficies, k. l. medialas, itaque superficies, k. g. cum ipsa sit differentia duarum superficium rationalium que sunt, e. g. f. f. k. irrationalis. Non enim differentiatione a rationali nisi in rationali, f. hoc dico, distinctione f. h. huius hoc conformatum. Eadem quoq; cum ipsa sit differentia duarum superficium medialium que sunt, g. h. f. k. l. erit irrationalis per, 22, quod est impossibile.

¶ Cogitacio.

b ¶ Ista adiunctio superficium ad lineam rationalem in longitudine equalium aliis superficiibus sit in sequentibus & precedentibus: ut vobis est, quemadmodum dictum est supra in vigesima & vigesima prima vigesima auctoritate, ut quod in altera huius, ideo ibi recurrat: quia ad ebor cum semel diligenter docuitur sufficit ei & nobis. c ¶ Ex istis sex sequentibus divisionibus linearum compositarum in suas componentes ut pateat parva illa philosophantur maximam videlicet, omnis res per quaecumque causas componitur per easdem resoluti, necesse est, d. ¶ Quoniam vero, diuisio sit per inequality scilicet in, c. f. in, d. quoniam lineas componentes binomium semper sunt inaequales per, 17. f. 18. huius quia longior, potentior brevior est.

Proposito. 37.

¶ Mediale primo fini ternarium suum in duas lineas medias diuiso, sub eatus termino in alias duas lineas medias idem dividit est impossibile.



¶ Sic quoq; hic linea, a. b. bimedialis primum diuisa in duas lineas medias, potentia tantum communicantes superficiem, rationalem containentes: ex quibus, 32. affert eam componi quae sunt, a. c. f. c. b. dico & impossibile est eam dividiri in alias duas lineas sub eatus distinctione. Quod si possibile fuerit dividere eam in puncto, d. a. sumptaq; linea rationali, e. f. adiungatur ei, e. g. equalis duobus quadratis duarum linearum, a. c. f. c. b. & superficies, f. b. equalis quadrato, a. b. & superficies, f. k. equalis quadratis duarum linearum, a. d. f. d. b. eniq; per quartam secundi, g. b. equalis duplo superficie, a. c. i. a. b. f. per eandem erit, k. l. equalis duplo superficie, a. d. in. d. b. propter hypothesim quoq; erit, utraq; duarum superficiem, e. g. f. f. k. f. medialis & utraq; duarum, g. h. f. k. l. rationalis, hoc autem impossibile est, ex. quia per primum superficies, k. g. irrationalis ex, 22. per secundum autem, eadē ex rationali ex definitione f. 9. quod est inconveniens.

Proposito. 38.

¶ Mediale secundum nisi in duas lineas tenui, sed termino suo dividiri non potest.



¶ Sic ut prius linea, a. b. bimedialis secundum diuisa in duas lineas, a. c. f. c. b. medias, potentia tantum communicaentes superficiem, medium continentes: ex quibus 32. proponit eam componi dico & impossibile est eam dividiri sub eatus distinctione in alias duas. Si autem, dividatur in, d. sine, q; ut prius superficies, e. g. f. b. f. f. k. adiuncte ad lineam rationalem, e. f. erintq; per presentes hypotheses utraq; superficies, e. g. f. g. b. medias, quae per, 20. utraq; duarum linearum, f. g. f. g. l. erit irrationalis in potentia, tam non communicans in longitudine linee, e. f. At quia duae linee, a. c. f. c. b. erint incommensurabiles in longitudine, sequitur per primam sextam per secundam partem, 10. huius & utraq; quadratorum linearum, a. c. f. c. b. sit incommensurabile superficies unius in alteram; cumq; dicta quadrata, comprehendent, ex hypothesi sequitur ut ambo quadrata primit

accepta sint incommensurabile superficies vnius in alteram ideoq; est eius duplo: quare superficies. e.g. incommensurabilis est superficies. g. b. Et linea g. Et linea. g. l. per primam extit. Et secundam partem. i.e. huius itaq; per. 30. linea. f. l. est binomium diuisa. sive suum terminum in puncto. g. **E**odem modo probabitur ipsam binomium esse medianis superfciebus. e. m. g. m. b. diuisam secundam suum terminum in pucto. m. quod est impossibile per. 36. Non enim potest dici q; linea. f. l. diuisa sit ad puncta. g. g. m. in parte consimiles. sic enim erit linea. f. m. equidis. g. l. sed ipsa est maior linea. m. l. ut patet ex primo premisorum antecedentiam huius: q; prima recta cum. e. m. superficies sit maior. b. m. superficie. Huius autem demonstrationis modus potest esse communis. 37. ceterisque eam sequentibus.

Propositio .39

Inea maior nisi in duas lineas tantum ex quibus constat subiectarum termino diuidi non potest.

Ecce quoq; hec linea major. a. b. diuisa ad punctum. c. in duas lineas potentialiter incommensurabiles. superficiem. medialem continentem quarum ambo quadratae partes accepta sunt rationales ex talibus enim componitur ut affirmatur. 33. dico q; impossibile est ad alium punctum in alias duas lineas sub hac divisione ipsam diuidi q; si potest: sic hic ad. d. manent sub his eadem figura eademq; hypothese que prius si argue quemadmodum in. 36. superficiem. g. k. esse rationalem et irrationalē: quod est impossibile.

Propositio .40.

Inea potest in rationale et mediale nisi in suas duas duas lineas tantum sub termino suo non diuidatur.


Hec quoq; 40. manentibus prioribus figura et positib; exceptoq; ipsa linea. a. b. diuidatur in punctum. c. in illas duas lineas ex quibus. 34. dicit eam componi probabitur: quemadmodum. 37. Si autem alter fuerit q; proponatur superficies. k. g. rationalis et irrationalis quod esse non potest.

Propositio .41.

Inea potens in duo medialia nequit diuidi in alias duas sub termino earum ex quibus coniuncta est: sed in suas tantum duas ex quibus componitur est diuisibilis.



Hec enim. 41. diuisa linea. a. b. ad punctum. c. in eas ex quibus. 35. asserit eam componi ceterisq; ut supra tam figura positionibus manentibus probatur sicut. 38. nam dato opposito positu. Sequitur oppositum. 36. quod est impossibile.

Si fuerit binomij longior: portio brevior: poterior: augmēto: quadrati linee communicantis eidem longior: in longitudine fueritq; eadem longior: linee posite rationali communicans ipsum: vocabitur binomium primum. Si vero brevior posite ratio nali communicet dicetur binomium secundum. Quod si neutra portionum eius posite rationali communicet appellabitur binomium tertium. Item si longior brevior: tanto amplius possit quantum est quadratum alicuius linee ipsi longiori incommensurabilis in longitudine fueritq; longior: portionum posite linee rationali communicans in longitudine ipsius noncupabitur binomium quartum. Si vero brevior posite rationali communicet in longitudine quantum nominabitur. Si autem neutra portionum eius posite rationali communicet in longitudine citrini binomium sextum.

Propositio .42.

A.D. 1574. 7. 26.

LIBER



Binomium primum invenire.



C sit. a, linea rationalis posita; sumantur duo numeri quadrati. b. & c. quorum. c. sit diuisibilis in quadratum. qui sit. d. & in nō quadratum qui sit. e. ponatur propo-
tio quadrati linee. a. ad quadraturam linee. f. g. sicut nume-
ri. b. ad numerum. c. erit ex secunda parte. z. linea. f. g.
communicans linee. a. rationali posite in longitudine. Super eam igitur
lineetur. f. g. h. semicirculus: sum, proportio quadrati linee. f. g. ad quadra-
tum linee. f. h. sicut. c. ad. d. & ducatur linea. g. h. Dico ergo duas lineas. f.
g. & g. h. directe coniunctas componere binomium primum. Est enim
linea. f. g. que est longior potentior linea. g. h. que est brevior in quadrato
linee. f. h. per. 30. tertii & penultimam primi: communicat autem linea. f.
h. linea. f. g. in longitudine per secundam partem. z. cum proportio qua-
dratorum ipsarum. f. g. & f. h. sit sicut numerorum quadratorum qui sunt
c. & d. Linea vero. g. h. contingit esse rationalis in potestate tantum: nō
communicans linee. f. g. in longitudine. Ideoq; neq; linee. a. ratiōali pos-
site. Cum sit enim quadratum linea. f. g. ad quadratum linea. f. h. sicut nu-
merus. c. ad numerum. d. erit per eiusam proportionalem quadratum
linee. f. g. ad quadratum linea. g. h. sicut numerus. c. ad numerum. c. Cum
itaq; c. sit numerus quadratus. c. vero non quadratus: sequitur per ultimam
partem. z. vt linea. g. h. sit incommensurabilis linea. f. g. in longitudine:
R elinquitur igitur ipsam. g. h. esse rationalem in potestate tantum & a defi-
nitione lineas. f. g. & g. h. compondere binomium primum: quod era
inueniendum.

Lastigato.

C Que. f. g. reperiuntur: vt in. z. huius. sed ponendo numerum. b. mino-
rem numero. c. s. b. 4. & c. 16. necsario linea. f. g. erit longior linea. a. si
quia numerorum quadratorum proportio laterum suorum est dupli-
cata per vndeicimam octauam ac etiam dictarum linearum quadrata per
18. sexti. sunt suorum correlatiuorum laterum in duplicitate propor-
tione que est similis illi laterum dictorum numerorum: & cum dicti numeri
ponantur quadrati scilicet. 4. & 16. eorum latera erunt. z. & 4. inter que-
ponat vnitatis: vt supra in quinta huius &. u. apparet. Modo quecumque fue-
rit illa linea inuenienda erit communicans linea. a. posse: vt dictum est
& earum communis mensura erit in. a. totiens & cetera. vt ibi di-
ctum est in. z. postea inuenitur alia. f. h. simili modo ad cuius quadra-
tum se habeat quadratum linea. f. g. sicut. c. numeri ad. d. numerum peni-
tus sicut inuenimus. f. g. & procedendo semper similiter habebis propositū
& ideo supra in. z. docuit inuenire plures huiusmodi lineas &c. etiam di-
cendo si. 16. dat. 9. quid dabit. 14.

Dropositio. .43.



C sit vt prius. a. ratiōalis linea posita. b. vero numerus
quadratus. c. vero sit numerus non quadratus diuisibilis
in. d. non quadratum & e. quadratum. Ita tamen q; pro-
portio totius. c. qui est non quadratus ad. d. qui est etiam
non quadratus sit sicut numerorum quadratorum: talis
autem numerus est. n. & 48. diuisibilis enim est. n. in. 9. quadratum nu-
merum & 3. non quadratum: estq; proportio. n. ad. 3. sicut. 16. ad. 4. quo-
rum vterq; quadratus eodem modo. 48. diuisibilis est in. 36. & n. Tales
autem numeros siccepeties. Sit. a. numerus quadratus. b. quoq; sit vnitatis
minor. cuius quadratum sit. c. At vero. d. pueriat ex. b. in. a. eritq; ex pri-
ma incidentiū noni. b. dīa. d. ad. c. Ducatur idē. a. in. c. & pueriat. c. eritq;
& quadratus ex prima parte correll. secūde noni eo q; vterq; numeros. a. &
c. est qdāratū p; ypothesim. Fiat rursus. f. ex. a. in. d. eritq; f. qualē q̄rimus.
Est. n. ex ultima pte pedicti correll. numerus. f. nō qdāratū co q; d. nūcne

se non quadratus. Si. n. d. numerus eset quadratus: et sef. quoq. b. quadratus ex a. pte ciudem corrd. 2. noni f. ex. 22. octauis: f. quia. a. est quadratus eset p. 16. ciudem tertius continue proportionalis inter a. f. b. quod eset impossibile cum sint sola vnitate distantes. Non eset igitur d. quadratus quare nec f. Est enim. f. equalis. d. f. e. qm cum. b. sit differentia. d. ad. c. vt patet ex premis: erit p. primam incidentium noni quod fit ex a. in. d. equum his que sunt ex a. in. b. f. in. e. Et quia ex. a. in. b. fit. d. f. it. c. fit e. sequitur vt. d. sit differentia. f. ad. e. Et quia per. 18. septimi eset f. ad. e. si. ex. d. ad. c. eset permutatim. f. ad. d. sicut. e. ad. c. Cūq. vterq. duos. numeroz. c. f. c. sit quadratus manifestan eset numeroz. f. c. quale volumus. Est enim non quadratus diuisibilis in. d. non quadratum f. c. quadratum: cuius pportio ad. d. eset sicut quadrati ad quadratum videlicet. e. ad. c. cetera oia sint vt prius. Dico q. linee. f. g. f. g. h. cōponunt binomium secundū Cum. n. sit quadratum. a. ad quadratum. f. g. sicut. b. ad. c. rursusq. quadratum f. g. ad quadratum. g. h. sicut. c. ad. e. erit p. equam proportionalitatem quadra tum. a. ad quadratum. g. h. sicut. b. ad. e. cū igit̄ vterq. duos. numeroz. b. f. e. sit quadratus erit p. secundam prem. 2. f. linea. g. h. cōicans in longitudine linee. a. ratiōali posite de linea vero. f. g. cōstat q. ipsa sit rationalis in potentia triū non cōicans linee. a rationali posite in longitudine p. vlti mā partem. 2. que cū sit potentior linea. g. h. in quadrato linee. f. b. p. 30. tertii f. penultimam primi cōcet aut linea. f. b. linea. f. g. in longitudine per secundam partem. 2. eo q. eorum quadrata sint in pportione numero rum. c. f. d. quoniam eset propoatio sicut numerorum quadratorum p. hypothesim: constat propositum. Aliter quoq. idem esto linea. g. h. comū minicans. a. rationali posite in longitudine quam facile eset innenire. Sitq. c. numerus quadratus diuisibilis in quadratum. d. f. non quadratum. e. sitq. propoatio quadrati linee. g. h. ad quadratum linee. f. g. sicut numerus. e. ad numerum. c. eritq. f. g. incommensurabilis linee. g. h. in longitudine per vltimam partem. 2. f. potentior ea in quadrato linee. f. b. cui communi cat in longitudine primo per conuersam b. deinde per eversam propo rialitatem: f. per secundam partem. 2. ex diffinitione igitur linee. f. g. f. g. h. cōponunt binomium secundū.






Castigator.


b. Q. uia cum quadratum linee. g. b. sit ad quadratum. linee. f. g. sicut nu merus. c. non quadratus ad numerum. c. quadratum ex hypothe. I deo per conuersam proportionalitatem. quadratum. f. g. ad quadratum. g. h. sicut numeri. c. ad numerum. c. f. quoniam quadratum. f. g. equalet duobus quadratis. g. h. f. f. h. per. 30. tertii. f. penultimam primi sicut nu merus. c. equalet duobus numeris. c. f. d. Igitur per eversam propo rialitatem quadratum. f. g. ad quadratum. f. b. sicut numeri. c. quadrati ad numerum. d. quadratum tunc per secundam partem. 2. linea. f. g. comū minicat linea. f. b. in longitudine sc.

Expositio .44.

In omnini tertium inuestigare.



Binomium quoq. tertiu sic reperiuntur posita vt prius linea. a. rationali in longitudine sit. b. numerus primus. c. vero quadratus diuisibilis in quadratum. d. f. non quadratum. e. cetera omnia sint vt prius dico q. due linee. f. g. f. g. h. cōponunt binomium tertium in neutra enim earum ē commensurabilis in longitudine linea. a. rationali posite sed vtraq. in commensurabilis. f. g. quidem per vltimam partem. 2. h. g. vero per equam proportionalitatem f. vltimam partem. 2. Est enim per equam propo rialitatem quadratum linea. a. ad quadratum linea. g. h. sicut numerus. b. ad numerum. c. medianis: hinc quidem quadrato linea. f. g. inde vero numero. c. numeri autem. b. f. c. non sunt in propo rialitate aliquorum quadratorum: cum. b. sit numerus primus. si enim essent in proportionē numerorum quadratorum; necesse eset per. 16. octauis






$a = 6$

$b = 4$




$a = 6$

$b = 7$



$a = 6$



Eciam eisdem tertium eis in continua proportionalitate inter se est igitur per. et. eisdem numerus. b. superficialis quod est impossibile si sit primus p. ypothe. incomensurabilis est itaq. linea. g. h. lincea. a. ronali posse ex ultima parte. et. Quia ergo linea. f. g. pontentior est linea. g. h. in quodrato linee. f. h. ex. 30. tertii est penul. primi que communicat ei in longitudine ex scda pte. et. est eiusa proportionalitate ex diffinitione binomii tertii patet nostra intentio.

Propositio .45.

In omnini quartum scrutari.

In inuentione binomii quarti codem modo procedendum est sicut in inuentione primi. excepto q. quadratus numerus. c. dividatur in duos non quadratos qui sunt. d. f. et. e. cetera omnia negocienda sunt hic ex diffinitione binomii quarti sicut ibi ex diffinitione binomii primi.

Propositio .46.

In omnium quintum querere.

Huius inuentio sic est sicut binomii secundi : excepto q. numerus. c. non quadratus dividetur in. d. non quadratus f. e. quadratus. ita tñ q. propotion. c. ad. d. non sit numeri quadrati ad numerum quadratum. Cetera oia sunt hic requirenda ex diffinitione binomii quinti sicut ibi q. sita sunt ex diffinitione binomii secundi. Vel pone q. linea. g. h. sit coicata linea a. rationali posite in longitudine et pone numerum. c. quadratum diuisum in duos non quadratos q. sunt. d. f. e. pone itaq. propotionem quadrati linee. g. h. ad quadratum. f. g. sicut numeri. e. ad. numerum. c. deinde astricta propositio ex ultima parte. et. est pñtibus ypothesibus et conuersa est eiusa proportionalitatibus et iterum ex ultima parte. et. ex diffinitione binomii quinti.

Propositio .47.

A binomio sexto devenimus opozit insistere.

Binomium sextum sicut tertium scrutandum est. Et in exit. hic numerus quadratus. c. diuisus in duos non quadratos. d. f. e. cetera ut ibi erit. ex diffinitione binomii. 6. linea quam cõponunt. f. g. f. g. h. sibi inuicem directe coiuncte binomium sextum: quod est propositum inuenire.

Propositio .48.

Si fuerit superficies binomio prior lineaq. ronali stenta: latus. qd super ea p. b. i. d. illi et necesse ei.

Sit superficies. a. c. cõtentia linea ronali. a. b. Et binomio prior q. sit. b. c. dico q. latus tetragonicu superficie. a. c. et binomiu. Sit. n. puctus. d. cõs terminus duas portiones binomii primi. b. c. cuius maior portio sit. b. d. eritq. ronalis in longitudine ex diffinitione ei. est cõmensurabilis linea. a. b. ronali posite. Dividatur ite minor portio q. est. d. c. p. eqlla ad punctu. e. lineaq. d. b. dividatur sub ea cõditione ad punctu. f. q. inter ptes eius q. sunt. b. f. f. f. d. cadat. d. e. medio loco proportionalis q. q. gliter fiat in. n. d. c. n. est. Ducantur at linee. c. g. d. h. f. k. eqdistantes linee. a. b. Et q. ex diffinitione binomii primi linea. d. b. est poterior linea. d. c. in quadrato linee sibi cõcantes in longitudine segt ex scda pte. b. f. f. q. due linee. b. d. q. p. diffinitione ambe sunt ronales in longitudine ideoq. p. n. vtraq. duas superficies. a. f. f. f. h. e. ronalis. Describat itaq. quadratu. l. m. cuius latus. l. r. cõle superficie. a. f. cui circunponat gnomopatra diagonali. l. m. n. ad eam q. itate q. ipsius gnomoni quadratus q. sit. m. n. sit cõle superficie. f. h. duoq. eius supplementa sunt. p. m. f. m. q. q. necesse est esse equalia duabus superficiebus. d. g. f. f. g. c. quod sic collige. Cum enjps sit linea. d. e. medio loco proportionalis inter lineas. b. f. f. f. d. erit. superficies. d. g. ex prima ferri medio loco proportionalis inter superficies. a. f. f. f. b. quare est inter quadrata. l. m. f. m. n. Et quia supplementa. p. m. est et me- dio loco proportionali inter quadrata dicta ex prima ferri sequit. vt. p. m. sit

equalis. d. g. ideoq. m. q. g. c. Igitur linea. l. p. est latus tetragonicum super facie. a. c. hanc lineam dico et binomium. Cum sint. n. ambo quadrata. l. m. q. m. n. rationalia erunt ex diffinitione due linee. l. r. f. r. p. potentia litterales rationales. Est autem per primam sexti. a. f. ad. d. g. sicut. b. f. ad. d. e. Sed b. f. est incommensurabilis. d. e. f. quia. b. f. est rationalis simpliciter ut p. hacten est. d. e. vero quia coicat in longitudine. d. e. rationali in potentia tm. Eritque ipsa rationali in potentia tm per. 18. quod ex premissis hypothesibus manifestum est. Itaque secundam prem. io. superficies. a. f. est incommensura bilis superficie. d. g. igitur quadratum. l. m. supplemento. p. m. quare p. prima sexti est secunda prem. io. linea. l. r. est incommensurabilis linea. r. p. Ex. 30. igitur constat lineam. l. p. est binomium quod erat monstrandum.

Propositio .49.




Si erit superficies linea rationali binomio. secundo preterita: latus eius tetragonicum est bimediale primum. Sit eadem figura eedemque hypothesibus que in premissa erit. ex diffinitione binomii secundi linea. d. c. rationalis in longitudine: quare per. 15. utrumq. duarum superficie num. d. g. f. g. c. ideoq. si duo supplementa. p. m. m. q. erint rationalia: linea vero. b. d. est rationalis in potentia tantum si diuisa in duas lineas communicantes. f. d. f. b. f. ex diffinitione binomii secundi ex premissis hypothesibus et secunda parte. 13. per. 19. igitur erit utrumq. duas superficietum. a. f. f. f. h. ideoq. si vtrumq. quadratorum. l. m. q. m. n. mediale. itaque ambe linee. l. r. f. r. p. sunt mediales in potentia quoq. coicantes nam cu linea. b. f. coicet linea. f. d. sequitur ut. a. f. coicet. f. h. quare quadratum l. m. quadrato. m. n. ideoq. si linea. l. r. linea. r. p. in potentia in longitudine at non coicant: quia una eam ad alteram est sicut. l. m. ad. m. p. Cu igitur. l. m. non coicet. m. p. eo q altera medialis videlicet. l. m. altera non rationali videlicet m. p. sequitur vt. l. r. non comunicet in longitudine. r. p. quia igitur ipse continent superficiem rationalem que est. m. p. constat lineam. l. p. ex 31. huius esse bimediale primum.

Propositio .50.


In binomio tertio ac linea rationali superficies triuicatur linea in eam posens erit bimediale secundum. Dispositio et hypothese manifestat ut supra. Eratque ex his hypothesibus ex diffinitione binomii tertii. 19. vnaqueq. quatuor superficierum in quas diuisa est superficies. a. c. mediales: quare vtrumq. duorum quadratorum. l. m. m. n. ex triuic duorum supplementorum. p. m. q. m. q. erit et mediale utrumq. duarum linea rum. l. r. f. r. p. erit mediale. si cum duae superficies. a. f. f. f. h. sunt communicantes eo q duelinee. b. f. f. f. d. sunt communicantes per secundam partem. 13. erunt duae linee. l. r. f. r. p. communicantes in potentia in longitudine vero non. quia superficies. l. m. non communicat cum superficie. m. p. eo q neq. a. f. communicat cum. d. g. Nam linea. b. f. non communicat cum. d. e. cum igitur ipse contineat superficiem medialem que est. p. m. constat ex. 32. lineam. l. p. est bimediale secundum qd est propositum.

Propositio .51.

Ilinea rationali binomio. quarto superficies triuicatur: que in eam superficiem potest esse linea maior. Cunctis ut in premissis manentibus erit ex hypothese ex diffinitione binomii quarti. 19. utrumq. duarum superficietum. d. g. f. g. c. quare ex utrumq. duarum. p. m. q. m. q. mediales duorum quadratorum. l. m. q. m. n. pariter accepta rationale eo q superficies. a. d. est rationalis per diffinitionem binomii quarti. 19. Et quia. d. b. dividitur in puncto. f. in duo incommunicantia per secundam partem. 14. erit superficies. a. f. incommensurabilis superficie. f. h. Ideoq. si quadratum. l. m. quadrato. m. n. due igitur linee. l. r. f. r. p. sunt incommensurabiles in potentia que. cum contineat superficiem.



LIBER



medialem, p.m. & earum quadrata ambo pariter accepta sine rationale constat per .33. lineam. l.p. esse lineam maiorem quod erat monstrandum.

Propositio. .52.

Ifuerit superficies linea rationali atque binomio qmto continet a quecumque in eam linea pot potens in rationale & mediale est ex necessitate conuinetur.
¶ Hic in hac quoq. est aliquid ex priorum dispositione & positionibus mutandum, & c. enim manentibus erit ex his que posita sunt i diffinitione binomii quinti eas. vtrq. diuarum superficiem d.g. f.g. c.quare vtrq. diuarum. p. m. f.m. q. rationalis. Totaq. a.d. quare & quo quadrata. l.m. f.m. n. pariter accepta medialis ex .19. cumq. ex secunda parte .4. sit linea. f.b. incomensurabilis linea. f.d. ideoq. superficies. a.f. superficie. f.b. & quadratum. l.m. quadrato. m.n. erit linea. l.r. incomensurabilis in potentia linea. r.p. at quia ipse continent superficiem rationalem. p.m. & earum quadrata ambo pariter accepta sunt mediale conclude ex .34. linea. l.p. est potentem in rationale & mediale quod promissum est.

Propositio. .53.

In binomio sexto linea ergo rationali superficies contingetur linea que in eam potestur duo medialis potestis esse probatur.
¶ Hee .33. adhuc te substituet ociari a pingendo figurast contenta enim est premissis dispositione & positionibus. Quibusstantibus necesse est ex ipsis positis & dispositione i. diffinitione binomii postremi ¶ .19. qualibet ex superficiebus. a.d. f.d. g.f.g.c. propter quod & ambo quadrata. l.m. f.m. n. pariter accepta & p.m. f.m. q. esse medialem. Cumq. b.f. f.f. f.d. propter quod a.f. f.f. h. ideo q. l.m. f.m. n. sint incomensurabiles erant due linea. l.r. f.r. p. incomensurabiles in potentia. at quia ipse continent superficiem medialem. p.m. earumq. ambo quadrata pariter accepta sunt mediale quod est. duplo superficie viarius in alteram incomensurabilem quod ex eo probatur q. superficies. b.h. est incomensurabilis superficie. h.c. propter hoc q. linea. d.b. est incomensurabilis linea. d.c. sequitur ex .35. lineam. l.p. est potest in duo medialia.

Propositio. .54.

Lineae rationali equis quadrato binomii rectangulum adiungatur latus eius secundum binomium primus sic conueniet.
¶ Hee sex sequentes conuense sunt sex precedentium per ordinem. Huius autem est hec intetio. Sit linea. a.b. binomii divisa ad punctum. c. in duas lineas. a.c. & c.b. sum suam diffinitionem aut terminum eiusq. a.b. quadratum sit. b.d. sitq. linea. e.f. rationalis in longitudine cui adiungatur superficies. e.g. equalis quadrato. b.d. ¶ Dico q. latus secundum huius superficieci quod est linea. f.g. est binomium primum. Dividatur enim quadratum b.d. in duo quadrata. b.h. & h.d. que sint quadrata duarum portionum binomii & in duo supplementa. a.b. & h.k. quorum vtrumq. continetur sub duabus portionibus binomii eritq. ex diffinitione binomii que habetur per .30. vtrumq. istorum quadratorum rationale. & per .19. vtrumq. supplementorum mediale. Ex superficie igitur. e.g. absindatur superficies. e.l. equalis quadrato. d.h. & l.m. equalis quadrato. h.b. & n.p. equalis vni duorum supplementorum. a.h. vel. h.k. Eruntq. p.g. residua equalis reliquo supplemento. Quare per primam sexti linea. n.q. est equalis linea. q.g. ¶ Ex premissis.

autem manifestum est q. vtraq. duarum superficierum. e.l. f.l.m. f. ideo tota superficies. e.n. est rationalis. Et vtraq. duarum equalium. n.p. f. p. g. ideo tota. m.g. medialis. quare per .16. vtraq. duarum linearum f.l. f. l.n. f. tota linea. f.n. rationalis in longitudine: f. linee. e.f. rationali posse commensurabilis: f. per .20. vtraq. duarum. n.q. f. q. g. f. tota. n.g. rationalis in potentia tantum incommensurabilis linee. m.n. f. ideo linee. e.f. sibi equali. f. per consequens f. linee. f.n. in longitudine. f. Si igitur linea. f.g. que est major linea. n.g. vt ex primo duorum antecedentium. 35. demonstrationi subiunctorum f. prima sexti appetit: fuerit potentior linea. n.g. minori in quadrato linee secum communicantis in longitudine. tunc ex diffinitione binomii primi manifestum est lineam. f.g. esse binomium primum. f. Hoc autem ita erescit habeto. Cum inter duo quadrata. d.b. f.b.b.s. p. primâ sexti superficies. a.b. medio loco proportionalis (convincentia ex prioribus hypothesibus superficiem. m.q. esse inter superficies. e.l. f. l.m. medio loco proportionalis) Quare per primam sexti linea. n.g. que est medietas linee. n.g. est in medio loco proportionalis inter duas lineas f.l. f.l.n. quod igitur fit ex. f.l.in.l.n. est quantum quod ex. n.q. in se p. 16. sexti: ideoq. per .4. secundi quantum quarta pars quadrati linee. n.g. Itaq. per primam partem. 13. cum linea. f.n. dividatur a superficie sibi adiuncta equali quarte parti quadrati breuioris linee. n.g. Itaq. ad complendam totam lineam. f.n. desit superficies quadrata in duo communicantia ad punctum. l. erit. f.n. potentior. n.g. in quadrato linee sibi communicantis in longitudine et constat ergo propositum.

Propositio .55.





Linee rationali equa superficies quadrato bimediatis primi adiungatur. Iamque eius reliquum binominum in unius videtur esse oportebit.

Sit linea. a.b. bimedialis primum divisa ad punctum c. secundum suum terminum. Cetera autem sint ut prius: dico lineam. f.g. esse binomium secundum erit enim superficies m. g. rationalis eo q. partes bimedialis primi continent superficiem rationalem f. superficies tres. e.l.l.m. f. tota. e.n. mediales communicantes eo q. portiones bimedialis primi sunt linee mediales potentia tantum communicantes ex. 31. per .16. igitur erit linea. n.g. rationalis in longitudine commensurabilis linee. e.f. rationali posse. f. p. 20. linea. f.n. rationalis in potentia quinque cum sit maior linea. n.g. ex primo duorum antecedentium. demonstrationi. 35. adiunctorum f. prima. 6. eaq. potentior quadrato linee. m.g. binominum secundum sciam in longitudine ex prima parte. 13. erit a diffinitione linea. f.g. binomium secundum quod est propositum.




Castigator.

b Nota q. tm̄ valet dicere praticę. p. 32. 460. plus p. p. 32. q. f. est bimedialis secundū quantum dicere p. v. p. 648. plus p. 360. scilicet radix vniuersa his totius compositi f. vult dicere q. accepta radice de. 360. Et illa posita super radicem de. 648. f. huius aggregati summere radicem. quod probatur in quadrando eas. f. vna queq. facit. p. 648. plus p. 360. vt patet operando f. cetera.

c Quia ex primo duorum antecedentium cum linea. a.b. dividatur per inequalia in puncto. c. quoniam due linee componentes bimedialis primum vna est maior altera ex. 35. huic. Et ideo duo quadrata ea cum sunt amplius duplo superficiet vnius in alteram quare superficies. e. a. maior est superficie. m.g. cum. e.n. equatur duobus quadratis duarum linearum. a.c. f. c.b. f. m.g. duobus supplementis. Et ideo per primam sexti. n.f. maior est. m.g. reliqua sequuntur sc.



LIBER



Propositio .56.

Em adiuncta fuerit linee i lōgitudine rōnali super-
ficies rectāgula eq̄lis qna drato bimedialis secū dī
latus eius fm binomii tertii esse necesse est.



CSi fuerit linea.a.b.bimedialis fm diuisa p terminū suū
ad punctū.c.reliqua vero oia fuerint vt prius : erit linea
f.g.binomii tertii. Erit.n.ex.32. Si nostris positōibus vtra
q.supficiex.e.n.f.m.g.medialis:qre p.20.vtrq.duaꝝ lineaz.f.n.f.n.g.
erit rōnalis in potētia tñrat ga bimedialis secundi partes sint cōicantes
in potētia tñ erit superficies.e.l.cōicans superficie.i.l.m. Ideo linea.f. L.i
nee.l.n.potētior ergo est p primā partē.33.f.n.q sit.n.g. in quadato linee
sibi cōicantis in longitudine. Cūq. sint superficies.a.b. f quadratū. h.b.in
cōmensurabilita eo q̄ linea.a.c.f.c.b. incommensurabiles : ideoq. & ambo
q̄drata pariter accepta ambobus supplemētis pariter acceptis : eo q̄ q̄dra
ta sibi invicē cōicant ex ypothesi supplemēta quoq. cū sibi invicē sint eq̄
lia: sequit vt superficies.e.n.sit incommensurabilis superficie. m.g. & ideo linea
f.n.linee.n.g.p diffinitionē igit̄ ē linea.f.g.binomii tertii: qd̄ ē ppositū.

Propositio .57.

Ilinee rōnali rectangulum equū quē drato linee
maioris adiungatur alterum se conuentum late
rum erit binomium quartum.



CSi hec quoq. fuerit linea.a.b. linea maior diuisa fm
terminū suū ad punctū.c.cūctaq. reliqua non fuerint ali
ter q̄ prius: erit linea.f.g.binomii quartū. Cū enim sint
ambo quadrata portionū linee maioris piter accepta rōnale erit superficies
e.n.rōnalis: ideoq. p.16.linea.f.n.rōnalis in lōgitudine cōicantis linee.e.f.
rōnali posite: superficies vero.m.g.erit,medialis pp illud q̄ portiones linee
maioris continēt superficie mediale: itaq. per.20.linea.n.g. est p potētia ra
tionalis tñ: & quia p̄t portiones p̄fate linee.a.b. sunt potētialiter inco
mēsurabiles superficies.e.l.incommensurabilis erit.l.m. ideoq. linea.f.l.li
ne. l.n. igit̄ p primā partem.14.linea.f.n.est potentior linea. n. g. in
quadrato linee sibi in commensurabilis: ex diffinitione igit̄ est linea.f.
g.binomium quartum: quod erat propositum.

Propositio .58.

Ilinee rōnali q̄drato linee potentis supra rōnale
et mediale eq̄lis: parte altera lōgor forma adiugat
alteru latus eina binomii quintum et necesse est.



CPropositio linea.a.b.ca que p̄t supra mediale & rōna
le diuisa fm eius diffinitionē ad puctū.c.nihil imutet de
relig: sequiturq. linea.f.g.eske binomii quintū. Cū enim
partes huius linea.a.b.cōtineant rōnalem superficiem necesse est vt super
ficies.g.m. ideoq. p.16.linea.n.g.sit rationalis. Cumq. ambo quadrata p̄
tium huius linee pariter accepta sint mediale erit superficies. e.n.media
lis: est per.20.linea.f.n.rōnalis in potētia tñ: at quia portiones preditte li
nee sunt incommensurabiles in potētia: erit superficies.e.l.incommensurabilis
superficie.i.m.l. ideoq. & linea.f.l.linee.l.n. potentior igit̄ est per primā
partem.14.linea.f.n.linee.n.g.in quadrato linee sibi incommensurabilis: p
diffinitionem itaq. binomii quinti conclude propositum.

Propositio .59.

Estotiens adiuncta fuerit linea rationali superfici
e rectangula equalis quadri ato linee potentis in
duo mediales eiusdem superficie latius fm binomii
uni sextum esse conuincitur.



CIn hac.sq. sit linea.a.b.linea potens supra duo media
lia: que aut̄ p̄ter hec sunt sicut supra maneat & erit tñc
linea.f.g.binomium sextum quod ignorare nō poteris si premissoꝝ eius
q̄ quod.35. pponit īmemor nō fueris: & sic patet in hac nostra intentio.





Propositio .60.

Anus linea cuiuslibet binomiorum cōmunicans tub eadē specie binomium esse probatur.
Sit linea. a. binomium cuius vis species sive linea. b. sibi cōicans in longitudine dico lineam. b. ē binomium eiusdem speciei cuius. a. Sunt enim binomiales portiones a. c. f. d. eruntq; ambe rationales in potentia tantū cōmunicantes p. 30. linea vero. b. diuidantur per. n. sexti fm pportionem. c. ad. d. in. e. f. f. eritq; p coniunctam & eversam & permutatā proportionali tatem. c. ad. e. f. d. ad. f. sicut. a. ad. b. cum sint igitur a. f. b. cōicantes erit etiam per primam partem. n. o. c. f. e. itaq; d. f. f. cōicantes. Si igitur fuerit c. rationalis in potentia tantum erit f. c. si autem in longitudine f. c. Eodem modo si. d. est rationalis in potentia tñ vel etiam in longitudine. erit quoq; f. f. similiter. f. ex. n. si potenter est. c. d. quadrato linea sibi cō mēnsurabilis in longitudine vel si forte incomēnsurabilis erit. f. c. poten tior. f. in quadrato linea sibi cōmēnsurabilis vel etiam incomēnsurabilis necesse est ex diffinitiōibus sex specierum binomio. vt eiusdem species binomii sint. a. f. b. Si autem linea. b. cōicet binomio. a. in potentia tñ erit etiam f. sic linea. b. binomium b autē eiusdē speciei non est necesse farciamimo impossibile est vt ambo simul cadat sub prima specie binomio rum. vel sub secunda quarta vel quinta sed necesse est vt ambo cadat sub primis tribus aut ambo sub tribus postremis: vnum enim eorum ē i alqua ex tribus primis speciebus & aliud in aliqua ex tribus postremis est impossibile. Cum enim. a. cōmunicet cum. b. in potētia tantum. c. quoq; cum. e. f. d. cum. f. cōicabit tñ in potentia ex. 10. Si igitur alterutra duarū linearum. c. f. d. fuerit rationalis in longitudine non erit sua compar ex lñ. e. f. f. rationalis in longitudine. Non est itaq; possibile vt. a. f. b. ca dant simul sub aliqua ex illis speciebus binomiorum in quibus altera dua sum portionum binomii est rationalis in longitudine. hee autem specie sunt: prima & secunda quarta & quinta. Atvero quia per. n. due lineas. c. f. c. simul potenteres sunt duabus lineis. d. f. f. in quadratis duarū linea rum sibi in longitudine cōmunicantium aut incomēcantium necesse est vt ambo binomia. a. f. b. simul cadant sub primis tribus speciebus binomio rum aut simul sub tribus postremis ex diffinitiōibus ipsarum specierum. Li neam autem. b. quid dubitas esse binomium cum sint enim. c. f. e. cōmunicantes in potentia tantum: similiter quoq; d. f. f. sint autem. c. f. d. rationales in potentia tantum: cōmunicantes. e. f. f. esse rationales in potētia tantum: que quia nō cōicant in longitudine sicut nec eis propōtiōles. c. f. d. ipse componunt indubitanter binomium per. 30. huius.

Castigator.

A Sub eadem specie. s. principali. Quia binomiorum due sunt species principales: vt supra. 41. huius posite sunt prime speciei lōgiores binomio rum posteriores sunt brevioribus in quadratolince eiſ dē lōgioribus cōicatis & secunde speciei lōgiores posteriores sunt brevioribus in qua drato lineis eiſ dē lōgioribus incomēnsurabilis in lōgitudine f. viraq; istaq; habentres p̄sp; p̄pria habet binomii p̄m scdm f. tertiu. f. seda quartu qn tñ & sextu. b. **E**t ideo si duo binomia cōicat solū in potētia nō est possi ble vt ambo cadat sub eadē spē particulari primi secundi quarti & quinti. hoc est alteri illo. bñ tñ altera portionu rōnalem: qa cōpares portiōes eoꝝ nō coreſpōderent in rationalitate vel irrationalitatē sed erint ambo sub tercia principalis prime: aut sub tercia principalis secunde. hoc est ter tium aut sextum binomii. Sed qn duo binomia cōicarent in longitudi ne & eorum portiones eſent in longitudine cōmensurabiles: tūc bñ pos sunt eē sub eadē specie particulari: hoc est ambo sub prima ex primis tri bus vel secunda vel terciā & sic sub eadem specie aliqua ex tribus postre mis: vt patet arguendo ex adductis coniuncta eversa & permutata proportionalitatibus: quia tunc semper eorum compares portiones con-



responderet in ratione irrationalitate coincidere vel comensurabilitate.

Proposito .61.





 **N**on linea alterius tribus medialium commensurabilis: sed eadem specie bimedialis esse ex necessitate coniunctus.

Sint due laterate piramides quarum coni. a. f. b. similes sint, sup̄ bases pentagonas que sunt. c. d. e. f. g. h. k. l. m. n. dico q̄ p̄ portio eorum ē sicut suorum relatiūrum laterum triplicata. Constat enim ex diffinitione similiūm superficiērum & corporum q̄ pentagoni qui sunt bases p̄ portiarum piramidum sibi adiuicem cunctig. reliquī trianguli ipsas ambientes sibi inuicem sunt similes. Dividantur itaq. bases ambarum in triangulos similes & numero, equales prout. 8. sexti proponit es: possibili p̄ tractis in hac quidem linēis. c. e. f. c. l. in illa vero. b. l. f. h. m. Dico igitur istas piramides esse duas in piramides triangulas similes & numero equales. Conferantur enim adiuicem due piramides. a. c. d. e. b. b. k. l. quarum coni sunt. a. f. b. constat autem ex hypothesi triangulum. c. a. d. erit similem triangulo. b. h. k. f. triangulum. d. a. e. triangulo. k. b. l. f. quia etiam ex hypothesi angulus. d. ē. equalis angulo. k. f. latera. c. d. f. d. e. continentia angulari. d. sunt proportionalia lateribus. h. k. f. k. l. continentibus angulari. k. erunt ex. 6. sexti duo trianguli. c. d. f. b. k. l. equianguli. ideoq. per. 4. sexti erit p̄ portio. c. d. ad. h. k. sicut. c. e. ad. b. l. cinq. ex hypothesi sit p̄ portio. c. a. ad. b. b. f. etiam. a. c. ad. b. l. sicut

a.d.ad:h.k.erit ex.m:quinti.c.a.ad:h.b.g.a.e.ad:b.l:sic e.c.e.ad:b.l:igil
ex.s:sexti. Et dissimilitudinem similitudinem si peripheriem triangulus c.a.e. erit si
milis triangulo; h.b.l: manifestum est itaq; ex dissimilitudinem similitudinem cor
porum q; piramis.a.c.d.c. est similitudinem piramidem.b.h.k:l: similitudinem quoq;
est similitudinem piramidem.a.c.d.c. est similitudinem piramidem.b.h.l:m: est similitudinem
a.c.f.g.piramidi.b.b.m:n: Quia ergo ex hac s: pportio piramidis.a.
d.c. ad piramidem.b.h.k:l: est sicut laetus.c.d. ad latus.h.n: ut plicata
etiam piramidis.a.c.c.f. ad piramidem.b.b.l.m. sicut e.f. ad l.m.
triplificata ac etiam piramidis.a.c.f.g. ad piramidem.b.h.m.n: sicut e.g.
ad.h.n: triplificata cum si ex hypothesi proportio e.f. ad l.m. & e.g. ad.h.n:
n: sicut c.d. ad h.k: sequitur ex h. quoniam ut proportio totalis piramidi
a.g.b. sic sicut unus haec pars totali ad aliam unam. igitur ex hac s:
Est vnde dicitur quinti confitetur verum esse quod diximus.

Omnes columnae lateratae equi alte satis basibus sunt proportionales.

Verum est quod dicitur saper qualescilibet bases poligonias sine columnae.
Columnas autem lateratas vocamus solidia corpora laterata quoniam
bases & superficies supponentes sunt similes & equeales; cum et vero reliqua su
perficies ipsa solidam circumstantes sint equeales circumferentia laterum Taliunt
autem solidorum prius species est seratilia cum super una suarum trilate
tarum superficerum intelligitur esse statutum. Secunda vero species est
columna cuius basis sit quadrilatera quam ex duobus seratilibus necesse
est esse composta; Tertia est cuius basis est pentagona & ipsa ex tribus
seratilibus perficitur. Simpliciter autem dico q; omnis laterata columna
in tot corpora seratilia potest distinguiri in quatuor triangulos sua basis. In
telligentur itaq; due columnae lateratae.a.f.b: constitute super duas bases
a.f.b. equi altera diego q; proportio columnarum.a.f.b. est sicut basim.
a.f.b. Distinguuntur nam hec bases in triangulos & hec columnae in ser
atilia; basis quidem a. que ponatur esse quadrangula in duo's trigonos
a.c.f. d. & columnna a. in duo seratilia. c. f. d. basis vero b. que sit penta
gonia distinguuntur in tres trigonos. e.f.g. & columnna b. in tria seratilia
que similiter vocentur e.f.g. Manifestum est lignur ex his que in 136.vii
decimi dicta sunt q; proportio seratilis.c. ad seratile.e. est sicut basis.c. ad
basim.e. & iterum seratile.d. ad seratile.e. sicut basis.d. ad basim.e. quare
per. & quinti erit columnam a. ad seratile.e. sicut basis.a. ad basim.f. at rursus
columnam a. ad seratile.g. sicut basis.a. ad basim.g. Igitur ex .4. quinti
quotiens necesse fuerit assumpta facile concluder propositum constat
itaq; ex hoc q;

**Omnes columnae lateratae super eandem basim vel super
equales constitutae si fuerint equi alte erunt equeales.**


Cum enim ut proximo probatum est equi alte columnae lateratae
sunt suis basibus proportionales. ponantur autem bases esse aut eadem
aut equeales necesse est ex h. quinti ut etiam columnae sunt equeales.
constat quoq; q.

**Si fuerint quelibet solidae parallelogramia seratilia & late
rate columnae equi alte ipsa quoq; suis basibus proportionales
esse uocellario comprobantur.**

**Omnia enim hec species sunt lateratarum columnarum de quibus
paucis ante viii uersibus probatum est verum esse quod dicitur.**

Omnia laterata columnae tripla est ad suam piramidem.

Distinguuntur basis columnae in triangulos & secundum numerum
triangulorum illorum distinguuntur columnae in seratilia & piramis colli
me in piramides habentes bases triangulas que videlicet sunt bases serati
lia. constat itaq; viii. unumquodq; seratilia ad eam piramidem que super
eandem basim cum ipso seratilia consistit triplicem esse hoc enim dicitur
piramis est in sece huius duodecimi libriti gemitur ex h. quinti omnia



in sece angustiis. secundum a ad rotundum a fr. 3. i. 3.
ad basim a et secundum f ad rotundum a fr. 3. i. 3.
f ad basim a 3. i. 3. secundum a et f ad
rotundum a f. f. 3. i. 3. basim a et f ad rotundum
a f. f. 3. i. 3. basim a et f ad basim a et
a f. f. 3. i. 3. basim a et f ad basim a et
secundum g ad rotundum a fr. basim & ad
basim a ergo sua secundum a f & g
et rotundum b ad rotundum a fr. rotundum
secundum f basim & f & g & g
et rotundum b ad basim a

seratilia pariter accepta ad omnes piramides pariter acceptas necesse est esse triplum canq; ex omnibus seratilibus pariter acceptis columnna & ex omnibus pyramidibus pariter acceptis piramis columnae perficiantur constat veram esse hanc nostram propositionem.

CSi fuerint due quilibet columnae lateratae eae equales et earum bases carinidem altitudinibus mutuerentur. Si vero bases earum et altitudines mutue fuerint: eadem columnas eae equales esse necesse est.

CSi enim columnae sint eae equales earum piramides eant eae equales eo quod omnis laterata columnae est tripla ad suam pyramidem. si autem piramides fuerint eae equales sue bases suis altitudinibus mutue erint quemadmodum demonstratum est in septima huic. **P**Q uia igitur columnarum suarumq; pyramidum eadem sunt bases & altitudines sunt eadem. **C**onstat prima pars propositi. **P**Sunt igitur bases & altitudines propositarum columnarum lateratarum mutue idemque columnae erunt eae equales. oportet enim eadem sunt bases eademq; altitudines columnarum suarumq; pyramidum tenue bases & altitudines pyramidum propositarum columnarum mutue. si hoc ut possum est verum fuerit de columnis. erit itaq; piramides eae equales prout in septima huic demonstratum est igitur & columnae eae equales cum ipse triple sint ad suas piramides: quare parat secunda pars eius quo propositum est.

COnimum duorum columnarum lateratarum similitum est proportio alterius ad alteram talis lateris ad suum relatum latus proportionis triplicata.

CSi columnae fuerint similes eant ex diffinitione similium corporum bases earum ceterae, superficies eas ambientes similes. Dividuntur itaq; bases earum in triangulos similes & numero eae quinamodum. **S**exti proponit esse possibile: Et ipse columnae dividuntur in seratilia super hos triangulos existentia. stude igitur probare seratilia vnius suis relationis seratilibus alterius esse similia: & quod facile probabis ex ypotthesi. **E**x sexta & quinta sexti & diffinitione similium superficium & diffinitione similium corporum hoc autem probato erit ex 36. vnde decimi proportionali vniuersiusq; seratilis vnius ad suum relatum seratile alterius sicut sui lateris ad latus illius proportionalis triplicata. **E**t quia omnium laterum est proportionalis una cum cuncta seratilia vnius sunt similia sive relationis seratilibus alterius. sequitur ex vnde decima quinti ut cunctorum seratilium vnius ad suarum seratilium alterius sit proporcionalis: quare per. 3. quinti que est proporcionalis vnius seratilis ad suum seratile relatum alterius eadem est omnium pariter acceptorum ad omnia pariter accepta & quia utrobius omnia seratilia pariter accepta componunt columnas & relationes latera seratilium sunt relationes latera columnarum necesse est ex vnde circa quinti ut proporcionalis columnarum si sicut suorum relationum laterum proporcionalis quod est propositum.

Propositio .9.



Puis columnae rotundae piramidi sue triplices esse comprobatur.

Supra circulum. a. intelligatur una columnae & una piramis secundum eandem suam altitudinem erecte & dicantur, equiwoec ipsa piramis & columnae & circulus non minus uno scilicet. a. dico itaq; q; columnae. a. est tripla ad piramidem. a. cuius probatio est quia neq; maior neq; minor potest esse q; tripla. Sit enim primum si possibile est maior q; tripla qualitate corporis b. ita q; s. b. corpus dematur de columnae. a. erit residuum eius tripulum ad piramidem. a. Inscribatur vero quadratum circulo. a. super quod erigantur duo seratilia eque alta columnae. a. de quibus duobus seratilibus par-

ter acceptis constat q. ipsa sunt plus medietate columnae a. quemadmo' dum ipsum quadratum constat esse plus medietate circuli. a. Si enim ex ipsis seratibus perficiantur solidam parallelogramam quorum ipsa sunt medietates: erit ipsa columnae pars ipsorum duorum solidorum pariter acceptorum. \square Deinde super latera quadrati inscripti perficiam quatuor triangulos: duum equalium laterum in portionibus circuli quarum positione latera quadrati sunt corde diuisi arcibus illarum portionum per equallia & sunt illi trianguli. c. d. e. f. super quos etiam erige seratilia ad altitudinem columnae. a. E manifestum est q. hec seratilia sunt maius medietate portionum columnae super portiones circuli consenserunt. quemadmo' cum & ipsi trianguli sunt maius medietate portionum circuli. Fiat autem hoc totiens quoq. per primam. 10. cogatur aduersarius considerari portiones columnae pariter acceptas esse minus corpore. b. \square Erit igitur columnae laterata octogona quam componunt omnia seratilia pariter accepta quorum bases sunt trianguli diuidentes poligonum inscriptum circulo. a. maius tripli pyramidis rotunde. a. & quia ipsa laterata columnae est tripla ad suam pyramidem sicut demonstratum est in eis que premissa sunt. sequitur ex secunda parte. 10. quinti libri vi. rotunda piramide. a. sit minor laterata piramide laterale columnae cuius basis est inscriptum poligonum basi rotunde piramidis. a. quod est impossibile. Est enim piramis laterata pars ipsius piramidis rotunde non est igitur piramis. a. minus tercia parte sue columnae. sed nec plus tercia. Si enim possibile esset piramis. a. plus tercia parte columnae. a. quantitate corporis. b. ita q. de etacco corpore. b. de piramide. a. sit residuum ipsius piramidis tercia pars columnae. a. igitur quemadmodum prius ex piramide. a. intelligatur de trahi piramis laterata sibi eque alta cuius basis sit quadratum circulo. a. inscriptum quam lateratam pyramidem constat esse plus dimidio piramidis rotunde. Item de residuo piramidis. a. rursus intelligatur detrahi piramides eque alte statute super triangulos. c. d. e. f. qui sunt in portionibus basis & hoc totiens fias ut ex prima decimi relinquatur ex piramide. a. minus corpore. b. Erit itaq. piramis laterata inscripto poligono superstant quam componunt laterale piramides ex rotunda piramide de trahit maius tertia parte rotunde columnae. a. & quia ut probatum est in precedentibus hec piramis laterata est tercia pars sue columnae laterale. a. sequitur dehinc ex secunda parte. 10. quinti libri columnam rotundam. a. esse minorem columnae laterata eiusdem altitudinis cuius basis est poligonum basi rotunde piramidis inscriptum. hoc autem impossibilenam hercolumna laterata pars esse columnam rotundam. Cum igitur columnam rotundam non possit esse minus tripli sue piramidis neg. maius: erit necessaria tripla ad eam quod demonstrare volumus.


L'astigato.

a \square Quia minus deficit ad complendam totam columnam q. tripli cui deficit corpus. b. q. minus est portionibus columnae picer acceptis. b \square Cum quelibet tercia pars huius sit maior tercia pars illius rotunde. Ideo tota totalis.


Propositio .10.


Portum duarum rotundarum piramidum similiūm columnarum ve' rotundarum similium est propositio alterius ad alterā ratiōē diametri. Sic basis ad diametrum basis alterius. propositio triplicata.
C Sint duo circuli. a. & b. Super quos conseruantur due rotunde piramides similes dueq. columnae rotunde similes & dicantur circuli & piramides & columnae & diametri circaborum his nobis. a. & b. equioco; dico itaq. q. propositio duarum piramidum a. & b. duarum columnarum. a. & b. est sicis duarum diametrorum



quadrum non rotundum. ratiōē & duplo ad quadratum inscriptum ratiōē quae in quadratu diametri. O. C. ratiōē & pars quadrati ratiōē. quae in quadru-




Si enim ex rotundis alijs pars parallelae quadratis ex parte parallelogrami pars



a. & b. pporatio triplicata; hoc autem si de pyramidibus conficerit de columnis autem constabit ex. 15. quinti. cum omnis columna rotunda sit. ex premisa tripla ad suam pyramidem de pyramidibus autem constabat hoc demonstratione ducente ad impossibile. Est enim per communem scientiam positam in principio secunde demonstrationis huius. a. libris que propositio diametri. a. ad diametrum. b. triplicata; eadem pyramidis. a. ad aliquod corpus. Illud igitur corpus sit. c. de quo dico q. ipsius non potest esse minus neq; maius pyramidis. b. Sit primo minus si fugit possibile quantitate corporis. d. ita q. duo corpora. c. f. d. pariter accepta sunt quantum pyramidis. b. itaq; quemadmodum in secunda parte premisse ex piramide. b. detrabatur laterata piramis sibi. que alta cuius basis sit quadratum inscripum circulo. b. si ex residuo eius detrabantur pyramidides eiusdem altitudinis consistentes super trigonos portionum circuli. b. fiat itaq; hoc totiens quo usq; cogente prima. o. sit residuum pyramidis. b. minus corpore. d. erit ex communi. Scientia laterata piramis detracta quam componunt partialiter pyramidides detracte maius corpore. e. Inscrabatur itaq; circulo. a. polygonum simile illi quod est basis lateratae pyramidis detracte a piramide. b. f. ad angulos huius polygoni inscripti circulo. a. demittit lineas a cono pyramidis. a. perficiens super illud polygonum lateratam pyramidem equae altam rotundam pyramidis. a. banc igitur studeas demonstrare esse similem lateratae pyramidis detracte a rotunda piramide. b. quod hoc modo facies. In vtriaq; piramide eriges axem ipsius qui erit ex diffinitione linea continuans verticem pyramidis cum centro basis si erit perpendicularis ad basim. Et hinc a centro basium protrahabis in vtriq; circulo semidiametros ad omnes angulos. vtriq; usq; polygonii inscripti. qm ex diffinitione similitudinem pyramidum rotundarum sit pporatio axis vnius ad axem alterius sicut diametri basis vnius ad diametrum basis alterius. ideoq; etiam ex. 15. quinque f. quia propositio naturalitate sicut semidiametri ad semidiametrum. sint autem vtrobiq; omnes anguli quos axes cum semidiametris continent recte necesse est. ex sexta ppositione sexti libri. f. qm ex vtriq; diffinitione similitudinem sufficiet. f. si. maius corpore. diffinitio et laterata piramis. a. si similes lateratae pyramidis. b. qre per additam ad. 8. huius propositio lateratae pyramidis. a. ad lateratas. b. est sicut lateris vnius ad suum relatum latius alterius. propositio triplicata. ideoq; f. sicut diametri. a. ad diametrum. b. triplicata. igitur quos sicut rotundae pyramidis. a. ad rotundam pyramidem. a. sicut lateratae pyramidis. b. ad corpus. c. Et quia laterata piramis. b. maior est corpore. c. erit laterata piramis. a. maior rotunda piramide. a. quod est impossibile cum sit pars eius. Non est ergo corpus. minus rotunda piramide. b. Rerum itaq; probandum. q. nec maius. Si enim aductus natus dicat ipsum esse maius tunc arguitur ex conuerso proportionalitate proportionem diametri. b. ad diametrum. a. triplicata esse hinc corporis. c. ad rotundam pyramidem. a. sed ex conuerso eadem est. propriae piramidis. b. ad aliquod corpus aliud quod sit. d. f. quia ex hypothesi corpus. c. maius est rotunda piramide. b. sequitur. ex. 14. quinti q. rotunda piramis. a. sit maior corpore. d. itaq; propositio non de pyramidis. b. ad corpus quod est minus rotunda piramide. a. videlicet ad. d. f. sicut sive diametri. b. ad diametrum alterius propositio triplicata. hoc autem est impossibile. nam ex hoc demonstramus sequi q. pars sit maior suo toto. cum ergo corpus. c. non possit minus esse neq; maius rotunda piramide. b. erit necessario sibi equalis. ideoq; ex secunda parte. 7. quinti c. stat propositum. Non lateat autem nos hanc demonstrationis processum ad eas dumtaxat columnas et piramides rotundas coartari quarum axes suis basibus perpendiculariter insint. tales enim difinitae fuerint in principio undecimi. cum tamen passio hic demonstrata communiter conueniat omnibus columnis rotundis similibus pyramidibus. rotundis similibus suis cor-



axis a diametra semidiametra
axis b diametra semidiametra



sum axes super basas suas fuerint orthogonaliter erecte sue^{sup} eas fuerint inclinate: si appellantur differentie causa hec rotunde columnae & piramides quarum basibus axes orthogonaliter superstanteret et relique vero dicantur inclinates & quia in principio uero non sunt diffinitae columnae aut piramides rotunde nisi ille tantum quas erectas vocamus. hec quidem per motum parallelogrami rectanguli ille vero per motum trigoni rectanguli. ideo conuenient arbitramur diffinire columnas rotundas & piramides diffinitionibus communite et vniuoce conuenientibus erectis & inclinatis columnis & piramidis rotundis. Cum igitur extra superficiem alicuius circuli descripti signatur punctus qui cum circumferentia ipsius circuli per lineam rectam continuatur si linea ipsa signato punto manente fixo descripto circulo quo usq; ad locum unde moueri incepere. circumducatur: corpus quod a curva superficie quam motu suo describit hec linea & ab ipso circulo cui circumducitur continetur voco piramidem rotundam. & circulum cui linea hec circumducitur voco basis ipsius piramidis. fixum autem punctum extra circuli superficiem signatum voco conum piramidis: lineamq; rectam continuantem centrum basis cum cono piramidis appello axem seu sagittam piramidis. Cum hec sagitta fuerit perpendicularis ad basim dico piramidem esse erectam. cum vero inclinata dico etiam piramidem inclinatam. Cum autem fuerint duo circuli euales descripti in superficiebus equidistantibus quos una plana superficies per eorum centra transiens fecerint fuerint, continuata per lineam rectam due relative sectiones duarum circumferentiarum ipsorum circulorum. Si linea hec in circumferentia ipsorum circulorum equidistantia sive a quo moueri incepit quo usq; ad locum suum redeat circumducatur corporis quod a curva superficie quam motu suo describit hec linea & a duobus propositis circulis continetur: voco columnam rotundam. cuius axis sue sagitta est linea recta centra duorum circulorum continuans. Et cum hec sagitta fuerit perpendicularis ad superficiem virtusq; duorum circulorum dico columnam esse rectam. Cum vero fuerit super basim inclinata dico columnam esse inclinatam. Cum fuerint due rotunde piramides aut columnae a quarum axibus egrediantur due superficies super basi earum orthogonaliter erecte fuerint, anguli quos axes & communes sectiones harum superficierum & basium contingentes adiunctae in equalibus: si summa proportio axis virtus ad axem alterius sicut semidiametri basi virtus ad semidiametrum basis alterius: tunc illas duas piramides adiunctae aut illas duas columnas adiunctae dico similes esse. His diffinitionibus positis demonstrandum est q; omnium duarum rotundarum piramidum similium columnarum ut rotundarum similium sue erecte sue inclinate fuerint est proportio unius ad alteram sicut diametri basi virtus ad diametrum basis alterius proportionis triplicata quod de foliis erectis demonstratum est ad hoc autem premissum antecedens necesse fari.

Castigator.

A Diffinition non diciboc sed ex permutata proportio. elicetur. Quoniam si proportio axis unius ad diametrum sue basis est sicut axis alterius ad diametrum sue basis. Ergo permutatim axis unius ad axem alterius sicut diametri unius ad diametrum alterius scilicet.

C Si fuerint due rotunde piramides adiunctae similes utrumque quarum due plane superficies super axem secant fuerint basum duarum superficierum altera in utraque piramide super basim eius orthogonaliter erecta at arcus basium inter illas duas superficies contennit similes: erunt anguli quos axes & due communes sectiones basium & earum superficierum que super-

substantia


Differentia formarum pyramidum rotundarum
quoniam est recte et rotunda

quam utramque




LIBER

bases non ponuntur orthogonaliter errecte continent ad unum
centrum equeales.

Sint due rotundae piramides. a. b. f. c. d. quarum bases sunt circuli. c. f.
g. f. h. k. l. f. axes due lineae. a. b. f. c. d. f. diametri basium. e. g. f. b. l. etera
basium sint duo puncta. b. f. d. coni pyramidum. a. f. c. similes adinu-
cemi. f. ab earum conis ad superficiem basium protrahantur ut docet ar. vnde
decimi libri due perpendicularares que sunt. a. m. f. c. n. f. continentur
puncta. m. f. n. cum centris basium protractis lineis. b. m. f. d. n. erit ex
ib. vnde decimi superficies. a. b. m. que egreditur ab axe. a. b. ercta super basim
pyramidis. a. b. orthogonaliter. Eodem modo superficies. c. d. n. que egre-
ditur ab axe. c. d. erit ercta super basim pyramidis. c. d. orthogonaliter.
Sint itaq. duo arcus. f. g. f. k. l. similes f. intelligatur due superfi-
cies. a. b. f. c. d. k. egredi ab axibus f. secare pyramidem. a. b. f. c. d. similes.
Dico igitur duos angulos. a. b. f. c. d. k. esse adinuicem equeales. Protra-
hantur. n. due lineae. f. m. f. R. n. quia igitur due piramides. a. b. f. c. d. sunt
similes f. due superficies. a. b. m. c. d. n. stantes orthogonaliter super bases egre-
diuntur ab earum axibus erit ex diffinitione similium pyramidum an-
gulus. a. b. m. equalis angulo. c. d. n. f. quia ex diffinitione lineae supra su-
perficiem perpendiculariter errecte veterq. duorum angulorum. a. m. b. c.
n. d. est rectus erunt ex. 32. primi. f. 4. sexti duo primi trianguli. a. b. m. f.
c. d. n. laterum proportionalium ut proportio lineae. a. b. ad linea. c. d. f.
erit. b. m. ad. d. n. f. sicut. a. m. ad. c. n. Et quia ex diffinitione similium py-
ramidum proportio axis. a. b. ad axem. c. d. f. sicut semidiametri. b. f. ad
semidiametrum. d. k. erit ex. ii. quinto. proportio. b. f. ad. d. k. sicut. b. m.
ad. d. n. Cunq. sint duo anguli. f. b. m. f. k. d. n. equeales eo q. duo arcus. f.
g. f. k. l. sunt similes ex hypothese erit ex sexta f. quarta sexti proportio. f.
m. ad. R. n. sicut. b. m. ad. d. n. ideoq. sicut. a. m. ad. c. n. f. quia iterum ex
diffinitione lineae super superficiem perpendiculariter errecte veterq. duo
angulorum. a. m. f. c. n. k. est rectus erit ex sexta f. quarta sexti proportio.
a. f. ad. c. k. sicut. a. m. ad. c. n. ideoq. per. ii. quinto sicut. a. b. ad. c. d. f. sicut
b. f. ad. d. k. igitur ex quinta sexti duo anguli. a. b. f. f. c. d. k. sunt adinuicem
equeales quod est propositum. I. dem probabis leuiter de rotundis co-
lumnis similibus; hoc itaq. demonstratio dico q. omnium duarum rotun-
danum pyramidum similiū quocunq. fuerint sue errecte sine inclinata
est proportio vnius earum ad alteram sicut diametri sue basis ad diametrum
alterius basis proportio triplicata. Sint enim vt prius due rotundae
piramides. a. f. b. quarum bases sunt circuli. a. f. b. f. horum circulorum
diametri sint etiam a. f. b. sive proportio pyramidis. a. ad corpus. c. f. sicut
diametri. a. ad diametrum. b. proportio triplicata. non erit igitur corpus
c. minus neq. maius rotunda piramide. b. Sit enim primo si possibile est
minus qualitate corporis. d. ita q. duo corpora. c. f. d. pariter accepta sunt
quantum rotunda piramis. b. ab axe igitur pyramidis. b. prodeat super-
ficies que sit orthogonaliter ercta super circulum. b. Sive communis sectio
hius superficieci f. circuli. b. linea. e. f. transiens per centrum. b. que erit
diameter circuli. b. f. protrahatur intra circulum. b. alia diameter secans
hanc orthogonaliter que sit. g. h. Sicq. inscribatur circulo. b. quadratum
e. g. f. h. f. a. rotunda piramide. b. intelligatur detraha laterata piramis cuius-
basis est quadratum circulo. b. inscriptum; que vt probatum est supra
maiis erit dimidio rotunde pyramidis. Et ex residuo eius detrahant pi-
ramides eiusdem altitudinis consistentes sup trigonos portionum circuli. b.
fiatq. hoc toties quouq. residui sit rotunda pyramidis. b. minus corpore
d. ex pria decima. Erito ex conceptione laterata piramis detraha quā cō-
ponunt laterate partiales pyramidis detrahe maius corpore. c. tūc ergo p-
reat ex axe pyramidis. a. sup. superficies alia que sit orthogonaliter ercta su-
per circulum. f. sic communis sectio hius superficieci f. circuli. a. linea.



11. Campana postea



K.l. que ob hoc est diameter circuli. a. protrahatur autem in circulo. a.
alia diameter. scilicet hanc orthogonaliter que sit. m. n. sicut inscribatur in
circulo. a. quadratum. K.m.l.n. & dividendo arcus portionum circuli. a.
per equalia perficiantur in circulo. a. poligonum simile illi quod est inscri
ptum circulo. b. & ad singulos angulos huius poligonii detrahe lineas re
ctas a cono piramidis. a. perficiat super illud poligonum lateratam pira
midem eque altam piramidi. a. banc autem lateratam pyramidem pro
babis esse similem laterale piramidi detracte. a. rotunda piramide. b.
quod hoc modo facies produces axes cogitatione vel actu utriusq. in
utriusq. piramidibus. a. & b. & a. centris basium protrahas lineas rectas ad
omnes angulos inscriptorum poligoniorum. Eruntq. ex premiso ante
cedente omnes anguli quos continet axis piramidis. a. cum singulis li
neis ductis a centro circuli. a. ad angulos poligonii sibi inscripti equa
les suis relatione angulis quos continet axis piramidis. b. cum singulis li
neis ductis a centro circuli. b. ad angulos poligonii sibi inscripti. Et quia
ex diffinitione rotundarum pyramidum similium proportio axis pira
midis. a. ad axem piramidis. b. est sicut semidiametri circuli. a. ad semidia
metrum circuli. b. sequitur ex sexta & quarta sexti Ex diffinitionibus simi
litum superficiem & similitum corporum & due laterale piramides. a. &
b. sunt similes. Cetera argue sicut prius in decima. constat itaq. de comm
ibus rotundis piramidibus similibus quod proportio eorum sit sicut dia
metrorum suarum basium tripli cara. & quia omnis columna rotunda est
tripla ad suam pyramidem. hoc enim sufficeret est demonstratum siue co
lumne & sic piramides fuerint erecte siue inclinate & sequitur ex. is. quinti
ut etiam quantumlibet columnarum rotundarum similitum sit proportio
sicut suarum diametrorum triplicata.


Propositio .II.




Duae rotundae piramides siue columnas
eque altas sive basibus proportionaliter necesse e.
Q. Supra duos circulos. a. & b. statuantur ut prius dico ro
tunde piramides eque alte que dicantur similiter. a. & b.
& due rotunde columnae eque alte eisdem litteris ascripere
a. & b. dico itaq. & proportio duarum pyramidum. a. & b.
duarumq. columnarum. a. & b. est sicut duorum circulorum. a. & b. quod
de columnis manifestum erit si hoc prius de piramidibus demonstrabit
omnis enim rotunda columnae tripla est ad suam pyramidem de pirami
dibus autem constabit indirecta demonstratione hoc modo. Est enim
ex communis scientia proportio rotunde piramidis. a. ad aliquod corpus
sicut circuli. a. ad circulum. b. illud corpus sit. c. dico itaq. & corpus. c. non
potest esse maius neq. minus rotunda piramide. b. sit enim primo minus
quantitate corporis. d. igitur circulo. b. inscribatur quadratum & detra
hatur a rotunda piramide. b. piramis laterata cuius sit basis quadratum
circulo. b. inscriptum & ex portionibus piramidis detrahantur pirami
des super trigono. portionum circuli consistentes itaq. hoc totiens quo
usq. sit ex piramide. b. residuum minus corpore. d. eritq. laterata piramis
detracta quam compontunt partiales piramides detracte maior corpore
e. Inscriptus ergo circulo. a. poligonum simile illi poligono quod e
basis laterale piramidis. b. & perficiatur super ipsum piramis laterata du
cis lineis a vertice piramidis laterale. a. ad angulos poligonii inscripti.
Eruntq. due laterale piramides. a. & b. eque alte. hoc n. est ppositu de ro
tundis qre pportio laterale piramidis. a. ad laterale piramid. b. est sicut
basis eius ad basim illius vnde licet sicut poligonii. a. ad poligonii. b. hoc
demonstratum est in extra bulus. At vero poligonii. a. ad poligonii.

demonstratio ad magistrum

tribus enim eis postea
et ultimè ducuntur ad
ibidem dicimus q



12



Nicetudo est hinc busce sum. pugnare per eum
superiorum vel hincrum pugnare tibi pug-
nare non busce est pugnare ut
pugno quod qdatur et ~~qdatur~~
Ego qui est pugno pugnare dum
terram tubo est pugnare abandona
hunc studium

b. est sicut circuli. a. ad circulum. b. quod manifestum est ex p[ro]p[ri]a f[orma] scilicet
beatis; itaq[ue] laterate piramidis. a. ad lateratam piramidem. b. sicut rotun-
de piramidis. a. ad corpus. c. quare permutatum laterale piramidis. a. ad
rotundam piramide. a. sicut laterale piramidis. b. ad corpus. c. cinq[ue]. si late-
rata piramis. b. maior corpore. c. sequitur lateratam piramidem. a. esse
maiorem rotundam piramide. a. hoc autem impossibile est enim pars cuius
non erit ergo corpus. c. minus rotunda piramide. b. *Si vero donat ad
versarius q[uod] sit maius demonstrabimus. rursum idem impossibile conseq[ue]-*
*erit enim per conuersam proportionalitatem proportio corporis. c. ad
rotundam piramidem. a. sicut circuli. b. ad circulum. a. sit quoq[ue] eadem
rotunde piramidis. b. ad aliquod corpus quod sit. d. Cum igitur corpus
c. sit maius rotunda piramide. b. per ypothesum teneat ex. 14. quinti rotun-
da piramis. a. maior corpore. d. itaq[ue] proportio circuli b. ad circulum. a.
erit sicut rotunde piramidis. b. ad quoddam corpus minus rotunda pira-
mide. a. Sed hoc demonstratum est maius esse impossibile. sic enim sequi-
tur q[uod] pars sit maior suo toto. non est igitur corpus. c. neq[ue] minus neq[ue] ma-
ius rotunda piramide. b. sed tantum equale. itaq[ue] ex secunda parte sp[ecie]ae
quinti conclude propositum. Ut autem scilicet inconclusius, demon-
straretur quod sequitur: ad ipsam est antecedens utile premittenduna
quod est.*

Co si superficies quedam rotunda in columnam equidistantem
basi eius securerit: erunt uno partialia corpora que ad illam tecum
superficie terminantur portionibus axis columnae pro-
portionalia.

Simile est hoc ei quod pproposuit. *is, vndeclimi libri de solidis parallelo gramis nec solum venum est hoc de columnis rotundis immo; simpli- citer de omnibus columnis siue laterate fuerint siue rotunde. Q*uo*d qui argumentationem prime fixti vel. is, vndeclimi firmiter tenuerunt facile demonstrare poterit; hic enim non aliter q ibi ex diffinitione incotinue proportionalitatis que posita est in prohemio. quinti libri arguendum est, propositorum. *P*Atendere autem oportet q uecumq superficies secat columnam equidistanter basi ipsius secat etiam eam equidistanter super- faciei basis eius opposite. nam quecumq superficies vni superficii sunt eſ- distantes ipse quoq sunt equidistantes adiuicem ut ex his que dicta sunt ex decimali exuta vndeclimi libri didicisti quare manifestum est q omnes rotunde columnae quarum sunt bases euales altitudinibus suis sunt pro- portionales. *I*dem quoq de lateratis. idem quoq de pyramidibus rotan- dis s etiam de lateratis quod de pyramidibus constitutis prius de colun- nis probatur. *E*s cum omnis columna triplex ad suam pyramidem. Ro- tunda quidem ex nona huius laterata vero ex his que supra in octava demonstrata sunt.*

Thesaurus .12.

 Idone piramides rotunde sine columnis fuerint
equales sive bases et altitudines erunt mutue. Si
vero sive bases et altitudines mutue fuerint ipsas
piramides sive columnas equales esse necesse est.
Altitudinem piramidum determinant linee a conis
ad bases perpendiculariter descendentes; columnarum
autem a supremis eastrum superficiebus ad bases. Sint itaq; due rotundae
piramides a.b. & c.d. equales est duorum rotundae columnae a.b. & c.d. equales
suntq; communes bases tam pyramidam q; columnarum duo circuli. a. & b.
c. communer quoq; altitudines tam pyramidam q; columnarum determinare
per lineas a.b. & c.d. dico q; proportio circuli, c.ad circulum.a. q;
sicut altitudinis a.b. ad altitudinem c.d. sicut econuerso. Hoc autem si de co-
lumnis probatum fuerit de pyramidibus certum erit: quoniam omnis
columna rotunda tripla est ad suam pyramidem. Si itaq; due altitudines




a. b. c. d. fuerint equeles ex premisa constat propositum. Si autem ineqales sit. a. b. maior sumaturq. a. e. equalis. c. d. & secentur columnam. a. b. a superficie. e. eqdistanter basi eius. a. eritq. ex premiso antecedente columnam. a. b. ad columnam. a. e. sicut altitudo. a. b. ad altitudinem. a. e. quare per scđam ptem. 7. quinti sicut altitudo. a. b. ad altitudinem. c. d. ex prima autē est columnam. c. d. ad columnam. a. e. sicut circulus. c. ad circulum. a. itaq. p. 11. quinti est altitudo. a. b. ad altitudinem. c. d. sicut basis. c. ad basim. a. constat igitur pria ps. Scđa couerso modo constabit eadē dispositione manente. Sit. n. vt basis. c. ad basim. a. sic altitudo. a. b. ad altitudinem. c. d. dico q. due columnae. a. b. c. d. sunt equeles. Erit enim ex lecūda pte. 7. quinti altitudo. a. b. ad altitudinem. a. e. sicut basis. c. ad basim. a. Et q. ex premisa columnam. c. d. ad columnam. a. e. sicut basis. c. ad basim. a. Et ex pmissio antecedente columnam. a. b. ad columnam. a. e. sicut altitudo. a. b. ad altitudinem. a. e. sequit ex. 11. quinti vt columnam. c. d. ad columnam. a. e. sicut columnam. a. b. ad eandem. a. c. igitur ex prima parte. q. quinti due columnae. a. b. c. d. sunt equeles: quare constat etiam secunda pars.

Propositio. 13.

Em propoli siuerit duo circuli ab uno centro circumducti superficiem multiangulam equalium latitudinum circulum minorum minime tangentium intra circulum maiorem describere.


Sint duo circuli. a. b. c. d. f. e. i. ab uno coī centro qd sit. g. circumducti. dico q. intra maiorem. qui sit. a. b. c. d. possibile est unum poligonum quod sit equilaterum. describi minorē circulum q. est. e. f. nullo suo latere tangens. quā adrent. n. h. duo circuli duabus diametris sup̄ centrum ipsoꝝ orthogonaliter secantibus que sunt. a. c. f. b. d. seqꝝ. e. f. diameter minoris p̄ diametri. a. c. q. est diameter maioris. sicut, igitur a puncto. e. ducat vtrinq. vsq. ad circūferentiam majoris linea orthogonaliter super diametrum. e. f. que occurat circūferentie maioris hinc qdem in puncto. h. inde vero in puncto. k. eritq. ex correlando. 15. tertii linea. h. c. k. cōtingens circulum minorē. Postea vero quadrante. a. b. maioris circuli diuide p̄ equalia in puncto. l. p̄m doctrinam 29. tertii: dehinc rursus arcu. a. l. p̄ equalia ad punctū. m. cūq. hoc plures scribi necessario tandem deuenies ad arcum qui minor erit arcu. a. h. sit b. i. m. Hoc autē idcirco necessarium est quia cum fuerint due quantitates in equeles si a maiori earū dematur eius dimidium, itaq. a residuo dividimur possibile est hoc totiens scribi quoniam tandem minor minore ea, relinquetur quemadmodum in prima. 10. demonstrauit. Cum igit̄ sic dividendo ad arcum quantumcumq. minorē. a. b. fuerit deuenitum animusmodi ē arcus hic. a. m. sumat arcus. a. n. eq̄lis arcui. a. m. ducantur, due linee. a. m. f. n. m. Quia igit̄ arcus. a. k. ē eq̄lis arcui. a. b. q. ex scđa p̄ te tertie tertii s̄t quarta primi. f. 7. tertii manifestū ē. Et q. arcus. a. n. ē eq̄lis arcui. a. m. erit ex coī scia arcus. n. k. eq̄lis arcui. m. h. ergo due linee. m. n. f. k. h. sunt eq̄distantes. Ergo linea. m. n. nō poterit tāgere circulum. e. f. q̄re multo fortius neq. linea. a. m. p̄ ipsum tāgere. Quoniam igit̄ constat circulū. a. b. c. d. divisibile ē p̄ archus equeles arcui. a. m. ideoq. p. 18. tertii simul constat intra ipsum circulum posse chordulas eq̄les chordule. a. m. cōtinue coaptari circulū ipsam poligoni chordantes. manifestū ē intra circulum maiorem posse vnu poligoni eq̄latere cuius vnu latus ē linea. a. m. scribi s̄t q̄ linea. a. m. nō cōtingit circulū minorē patet ex pria pte. 13. tertii et̄ diffinitione lineaꝝ. a centro circuli eq̄liter eq̄distantium q̄ inscriptum poligoniū nullo latere suo, tangit circulum minorē qd ē p̄positum. At qd dubitas duas lineas. m. n. f. k. b. e. eq̄distantes cum sint duo arcus. n. k. f. m. h. eq̄les; hoc autē incōclusam nūitate fortius effigie duas lineas circulū vnu nō aut se inuicem secantes; si ex circumferentia equeles arcus bincinde lineis ipsi intersint erant eq̄distantes; dñe quidem a centro. g.

Dicitur



quoniam ratiō recta
et angulus ē in qua
figlio ꝑ tuo ē una
ratiō recta in quo
ratiō recta in quo
ratiō recta in quo
15. 15.

hor addit. lignis. Possunt enim lignis
rotatis ē p̄ rotundis velutq. lignis vel
arros. q̄tis non in oblo. et in eis expositis
ut in recto. subtrahere



lineam .g. p. perpendiculari ad lineam .m. n. que fecit linea h. k. in pū
 &to. q. & protrahe lineas. g. m. g. n. g. k. g. b. & duobus arcibus. n. k. &. m.
 b. subtende duas cordas que etiam dicantur. n. k. & m. b. eritq. ex. 28. ter
 tii hec corde equalis. n. k. & m. b. co q. arcus equalis. Et per secundam p-
tern tertie eiusdem tertii erit linea. n. p. equalis linee. m. p. cu igitur vterq.
duorum angulorum qui sunt ad. p. sit rectus ex diffinitione perpendiculari-
aris erit ex quarta primi angulus. n. g. p. equalis angulo. p. g. m. At &to
per 8. primi angulus. k. g. n. est equalis angulo. h. g. m. itaq. per commu-
nem scientiam que est si equalibus equalia addas tota erunt equalia erit
angulus. k. g. q. equalis angulo. q. g. h. ideoq. per quartam primi linea. k.
q. erit equalis linee. q. h. quare per primam partem tertie tertii linea. g.
q. erit perpendicularis ad lineam. k. b. igitur ex prima parte. 28. primi due
linee. n. m. & k. b. sunt equidistantes & hoc est quod dubitare conquesus
es. Hoc enim idem aliter demonstrare est possibile ducatur enim li-
nea. n. h. eritq. ex ultima sexti angulus. h. n. m. equalis angulo. n. h. k. co
q. arcus. h. m. est equalis arcui. n. k. ideo ex. 27. primi linea. m. n. erit equi-
distantis linee. b. k. Conuersam quoq. si libuerit conuerso modo probabis
si enim linea. m. n. est equidistantis linee. b. k. erit arcus. n. k. equalis arcui
m. h. erunt enim ex prima parte. 29. primi duo anguli. h. n. m. & n. h. k. eq-
les. ideoq. ex ultima sexti duo arcus. n. k. & m. h. erunt etiam equalis.


Propositio .14.



Phabit sphaera unum centrum habentibus pro-
 politis intra maiorem earum solidum multarum
 basium superficiem minoris spherae minime tan-
 gentium figuratiter constitutum. Quo constituto
 si in finiora spherae nunc in quilibet alia sphera li-
 mite corpus intelligibiliter constituantur erit pro-
 portio corporis multarum basium intra maiorem spherae co-
 muniti ad corpus multarum basium intra minorem spherae vel
 aliam constitutum sicut diametri maioris spherae ad diametrum
 minoris vel alterius spherae proportione triplicata.

Sint propositae due sphaerae. a. b. c. d. & e. f. unum atq. idem centrum
 quod sit. g. habentes & sit maior earum sphaera. a. b. c. d. minor vero spha-
 era. e. f. volumus aut intra maiorem eaz. unum corpus multarum basium
 constitueret de quibus non intendimus q. ipse bases sint equalis aut simili-
 les sed q. nulla eaz. tangat superficiem minoris spherae. Cum igitur hoc volue-
 rimus facere secabimus simul vtrang. propositarum sphaerarum una pla-
 na superficie per commune centrum earum transanterentq. ex diffini-
 tione spherae & diffinitione circuli communes sectiones huius secantis su-
 perficiem & superficerum sphaerarum propositarum linee continentis cir-
 culos. sint itaq. duo circuli. a. b. c. d. & e. f. quorum centrum est centrum
 spherae de quo propositum est quod ipsum sit. g. **Q**uadrabitimus igitur
 hos duos circulos duabus diametris se supra commune centrum eorum
 orthogonaliter secatis que sint. a. c. & d. b. postea maiori circulo sed
 precepta premisse inscribemus unum polygonum equilaterum nullo
 suorum laterum tangens minorem circulum. Et sufficiat exempli causa
 inscriptis duodecagonu equilaterum ita q. in quadrante ipsius maioris
 circuli q. e. c. d. sint tria latera duodecagoni que sunt corde. d. b. h. k.
 & k. e. que cum sint equalis erunt quoq. ex prima parte. 27. tertii arcus ea-
 rum equalis. Deinde a duobus punctis. h. & k. que sunt extremitates me-
 die corde producemus duas diametros que sunt. b. m. & k. l. & super cen-
 trum. g. erigemus lineam. g. n. perpendiculari ad superficiem circuli.
 a. b. c. d. quam producemos quousq. obviat superficie sphaerae maioris
 super punctum. n. **D**einde intelligam quatuor superficies secantes

spheris propositas: quorum unaquaque fecit eas super lineam. g.n. sed prima eorum supra lineam. g.n. & diametrum. d.b. secunda supra lineam g.n. & diametrum. b.m. tertia vero supra lineam. g.n. & diametrum. k.l. quarta autem supra lineam. g.n. & diametrum. c.a. Eruntq; ex diffinitiōnibus sphere & circuli communes sectiones harum superficierum & superficieis sphere majoris linee continentēs circulos & erunt portiones inscripte ut inter punctum. n. & quatuor puncta que sunt. d.h.k.c. quadrantes horum circulorum qui quadrantes sunt. d.n.h.n. & k.n.c.n. hoc autē ideo evenit eo q; oēs anguli quos continet linea. g.n. cū unaquaq; diametrum protractarum in superficie circuli. a.b.c.d. sunt recti ex diffinitiōne lineae perpendicularis ad superficiem. Rerū etiā vero anguli in cōtre quāte circumferentie subtenduntur. quod ex ultima extit euidenter apparet. Ex diffinitiōne autem circulorum equalium manifestum est q; una quisq; horum quatuor circulorum est equalis circulo. a.b.c.d. Nam diameter oīum ipso ē diameter sphere maioris agit per. 33. qnti quadrates eorum sunt equales: quare quinq; arcus qui sunt. d.n.h.n.k.n.c.n. & d.c. sunt equales. In unoquoq; ergo quatuor quadratiū circulorum erecto rum coaptentur ypothemisales chordae quarum quelibet sit equalis chordae circuli prostrati que sunt latera poligonii sibi inscripti & est una ea, corda. d.b. sintq; in primo quidem. d.q.r.t. n. in secundo vero. h.s.s. t. & t. n. in tertio autem. k.u.u.x. & x.n. & in quarto sunt. c.o.o.p. & p.n. & protrahantur corausti coniungentes capita ypothemisalium chordarū que sint. q.s.s.u.u.o. & r.t.t.x.x.p. Vides igitur quarte parti superioris hemispherii maioris sphere que quidem quarta pars est. d.n.c. inscriptum ē corpus. 9. basium quarum tres que coeunt in puncto. n. sunt triangule. cetera autem sunt quadrangule. sicut barum quadrangularum superficie rum ypothemisalia latera equalia. sed non equidistantia. Corausti autē inter quosq; duos circulos intercepti sunt equidistantes adiuvante & chordae circuli prostrati sed non sunt adiuvante equalis. Hoc autem scies si pendiculares a coraustionum extremitatibus ad superficiem circuli iacentis demiseris. de quibus constat q; ipse cadet super diametros circulorum quos corausti continuant quod ex demonstratis in. 3. ii. facile deprehendes. Verbi gratia. Sint a duobus terminis corausti. q.s. demisse due perpendiculares. q.y. & s.z. cadentes in diametris. d.b. & h.m. & protrahantur linee. q.d. s.b. & y.z. enuntq; ex quarta sexti duo trianguli. q.y.d. & s.g.h. similes quare proportio duarum perpendicularium. q.y. & s.g.h. erit sicut duas sum cordarum. q.d. & s.b. cumq; sint corde equalis erunt etiam & perpendiculares equalis. At ipse sunt equidistantes ex sexta. ii. ergo ex. 33. primi corausti. q.s. est equalis & equidistantis line. y.z. & quia ex secunda parte secundae sexti linea. y.z. est equidistantis corde. d.b. & ideo minor ea sequitur ex. 9. vnde ex. 33. ut coraustus. q.s. sit etiam egidistantis corde. d.b. & minor ea ex. 33. conceptione. Cum itaq; corde que sunt latera poligonii inscripti circulo iacenti & ipse sunt omnes equalis corde. d.b. non tangant superficem minorem: necesse est ut nullum latus harum basium corporis inscripti siue quadrangule sunt siue trigone tangat eandem minorem sphaeram cum omnia hec latera sint ipsius cordis equalia aut minora. Simpliciter autē dico q; nulla etiam harum basium de quibus omnibus manifestum est ex secunda parte secunde. ii. q; ipse sunt totē in superficie una pōt aliquo sui puncto contingere minorem sphaeram eo q; omnis linea recta ducta super quemlibet punctum cuiusq; earum equidistanter corausto minor est necessario corda prostrati circuli. Si igitur coniunctates aliarum quartarum maioris sphere tam superioris hemispherii q; inferioris ad eius similitudinem quadrilateris trilaterisq; superficiebus subextantur eritq; maiori sphere corpus. p. basium superficiem minoris sphere minime tangentium quāadmodū propositum fuerat inscriptū. Dico insueq; si alia q;



Si omni 33 equalis ex equidistantib;
ipse ex 33 pōt latus d.y ex
33 egidistantis quae ex coniunctate
in puncto y pōt aliis triangulis

libet sphaera simile corpus statuatir erit proportio vnius ad alterum sicut diametri vnius sphaere ad diametrum alterius triplicata. Erunt enim bases vtriusq; corporis bases totidem lateratarum pyramidum quoniam omnium vertices erunt in centris ipsarum sphaerarum has autem pyramidis superficies si a singulis angulis inscriptorum corporum qui sunt extremitates cordanum & corauorum lineas ad centra sphaerarum produixeris. Stude itaq; ex diffinitione similium corporum probare cunctas pyramidis vnius esse similes suis relativis pyramidibus alterius. Quo probato erit ex. 8. huius proportio vniuersiusq; earum ad suam relativam alterius sicut proportio semidiametrorum sphaerarum ipsarum triplicata. sine enim semidiametri sphaerarum latera cunctarum pyramidum. At quia semidiametrorum & diametrorum est ex. 15. quinti una' proportio ex. 3. eiusdem facile concludes propositum.

Lastigato.



Cum poligonum descriptum secundum quantitatem linee. y. 3. sit pars poligonii descripsi secundum quantitatem linee seu corde d. b. vi patet intuitu. quoniam diametri suorum circulorum quibus imaginatur inscribi sunt inaequales sc.

Propositio .15.


Quoniam duarum sphaerarum est proportio alterius ad alteram tanquam sue diametri ad diametrum alterius proportio triplicata.

Sint due sphaerae. a. b. & c. d. quoniam diametri sunt. a. b. & c. d. dico q; proportio earum est sicut suarum diametrorum proportio triplicata. Cuius demonstratio est quoniam neq; ad minorem sphaeram q; sit sphaera. c. d. neq; ad maiorem est proportio sphaerae. a. b. sicut diametri. a. b. ad diametrum. c. d. triplicata. Esto quidem pportio sphaerae. a. b. ad sphaerae. c. d. sicut diametri. a. b. sphaerae. a. b. ad diametrum. c. d. triplicata demonstrabo itaq; q; sphaerae. c. d. non potest esse minor neq; maior q; sphaerae. c. d. Si enim affirmet aduersarius eam esse minorem imaginabor ea includi a sphaerae. c. d. & circuibus ei ab eodem centro & inscribam sphaerae. a. b. corpus multarum basium sphaeram. e. f. minime tangentium quod iam dicatur. e. d. & inscribam. a. b. corpus multarum basium simile corpori multarum basium. c. d. q; est nois sue sphaerae dicat. a. b. Et sphaerae. c. d. aliud huic simile q; est. dicat nois sue sphaerae. c. d. & in prima ostensum est. Constat itaq; ex scda parte premis. q. cum quinti q; proportio sphaerae. a. b. ad sphaeram. e. f. est sicut corporis multarum basium quod est. a. b. ad corpus multarum basium. q; quod est. c. d. utraq; enim est sicut diameter. a. b. ad diametrum. c. d. triplicata. hec autem ex hypoth. illa vero ex secunda parte premis. quare permutatim proportio sphaerae. a. b. ad corpus multarum basium. a. b. est sicut sphaerae. c. d. ad corpus multarum basium. c. d. Cum igitur sphaerae. a. b. sit maior corpore multarum basium. a. b. erit etiam sphaerae. c. d. maior corpore multarum basium. c. d. hoc autem est impossibile. nam ipsa est ps eiusmodi ergo sphaerae. c. d. minor sphaerae. a. b. Si autem dicat aduersarius esse maiorem consistabimus ipsum hoc modo erit enim per conuersam proportionalitatem sphaerae. c. d. ad sphaerae. a. b. sicut diametri. c. d. ad diametrum. a. b. triplicata. sit itaq; eadē sphaerae. c. d. ad sphaerae. g. h. erit. ex. 14. quinti sphaerae. g. h. minor sphaerae. a. b. eo q; sphaerae. c. d. posita est minor sphaerae. c. d. q; re proportionis sphaerae. c. d. ad aliquā sphaerā minorē sphaerae. a. b. est sicut diametri. c. d. ad diametrum. a. b. triplicata. At hoc est impossibile nam ex hoc sequitur pars sit maior suo toto vt demonstratus est prius. itaq; sphaerae. c. d. non est maiorneq; minor q; sphaerae. c. d. igitur ex. 7. quinti conclude proposita conclusionem que imponit finem libro duodecimo.

Explicit liber duodecimus.



et inscriba sphaerae
c. d. iuxta præcepta
premissæ vnu corporis
multarum basium non tangentem superficiem
sphaerae et minoris, duransq; istud corpus
nomine sphaerae cui inscribi
bitur, c. d. **Dic** simile corporis
multarum basium
inscrita sphaerae
a. b. quod etiam
nomine sphaerae
sue durat a. b.



Cüber tertius decimus Euclidis de admiranda vi linee secundum proportionem habentem medium duorum extrema diuisse et quilibet co:porum regularium formatione ex perfecta compam traductione. **A**gultro Luca Paciolo de Burgo Sancti Sepulchri Ordinis minorum castigatorum optimo Incipit.


Propositio .1.



Em diuisa fuerit linea secundum proportionem habentem medium duorum extrema si majori portioni linea in longum addatur equalis dimidio ipsius linee proportio maliter diuisse: quadratum linee ex eis duabus composite quod autem dictatis eiusdem linee diuisse quin cuplum esse necesse est.

Sit linea a.b. diuisa in puncto c. p. ut docit. 29. xxi. Et sit maior portio eius linea b.c. cui. b.c. directe adiungatur linea b.d. que sit equalis medietati totius a.b. dico q. quadratum linee c.d. erit quin cuplum ad quadratum linee b.d. **Q**uadrabo enim lineam b.d. Et si eius quadratum d.e. est circumponam huic quadrato gnomonem secundum quantitatem linee b.c. protracta diametro o. f.b.g. sitq. circumpositus gno mo. e.g. d. eritq. ex. 22. xxi. superficies inde composita que sit b.k. tanq. quadratum linee c.d. Dico igitur quadratum h.k. quincuplum esse ad quadratum d.e. Sit igitur. p.l. quadratum circumpositi gnomoni sibi q. circumponatur aliis gnomo ad quantitatem linee a.c. protracta dia metro. f.b. vsq. ad. m. sitq. hic gnomo. c.m.l. Et protractantur linee c.n. Et p.l. equidistanter lateribus oppositis seantes se super diametrum f.m. in puncto . g. **M**anifestum est autem ex. 22. sexti q. compositum ex hoc secundo gnomone et quadrato c.l. Et ipsum quadratum sit. a.q. est quadratum linee a.b. quod ex quarta secundi necesse est esse quadruplum ad quadratum d.e. eo q. linea b.d. est medietas linee a.b. cumq. sit ex prima parte. 16. sexti superficies a.n. ideoq. per. 43. primi superficies. m.l. equalis quadrato. c.l. prouenit enim a.n. ideoq. f.m.l. ex. b.a.in. a.c. Et c.l. prouenit ex. c.b. in se Et cum ex prima sexti sit. a.l. dupla ad. l.d. ideoq. equalis l.d. Et c.e. pariter acceptis ex. 43. primi erit ex hac communis scientia; si equalibus equalia addas tota fient equalia; quadratum a.q. equale gnomoni. e.g. d. hic ergo gnomo quadruplus est ad quadratum d.e. quemadmodum erat quadratum a.q. itaq. totum quadratum h.k. cum ipsum constet ex simplo Et quadruplo erit ex communis scientia quincuplum ad idem quod est propositum. **I**dem aliter ex quarta secundi constat q. quadratum linee a.b. est quadruplum ad quadratum linee b.d. At per secundam eiusdem quod fit ex. a.b.i. b.c. Et in. a.c. est equale quadrato. a.b. quod autem ex. a.b. in. b.c. equum est ei quod ex. b.d. bis in. b.c. quod ex prima secundi manifestum est cum. a.b. sit dupla ad. b.d. **A**t vero quod ex. a.b. in. a.c. est ex prima parte. 16. sexti equale quadrato. b.c. itaq. per communem scientiam quod fit ex. b.d. bis in. b.c. Et quod ex. b.c. in se est eque quadrato. a.b. Et ideo est quadruplum ad quadratum b.d. quare superaddito quadrato. b.d. erit totum aggregatum quincuplum ad quadratum b.d. videlicet illud quod fit ex. b.d. bis in. b.c. cum quadrato. b.c. Et quadrato. b.d. at quia ex quarta secundi hoc totum est equale quadrato. c.d. constat igitur esse quod diximus.

Propositio .2.






Icuiuslibet linee bipartite cuis quadratum quadrati alterius trius suarum portionum sit quincuplum in longum libri linea addatur donec eidem portioni reliqua portio tamen addita linea hat duplex: eadex duplex linea ita cum proportionem habentem medium duocq; extrema diuina erit in maiorib; portio eius erit linea media.

Hec est conuersa premissae duplice quoq; modo sicut illa demonstrabitur via retrograda eadem prorsus manente d; pone. verbi gratia quadratum. h. k. quincuplum ad quadratum. d. e. f. linea. a. b. dupla ad lineam b. d. dico qd linea. a. b. diuisa est in puncto. c. fm proportionem habentem medium & duo extrema & maior portio eius est linea media ut est. c. b. Constat autem ex. 4. secundum qd quadratum. a. q. quadruplum est ad quadratum. d. e. itaq; gnomon. g. d. e. equalis est quadrato. a. q. quare duo supplementa. l. d. f. c. e. pariter accepta sunt quantum gnomon. c. m. l. Atque eadē supplemēta pariter accepta sunt ex prima sexti quantum a. l. id est. quantum. c. q. sequitur qd c. q. sit equalis gnomoni. c. m. l. dempta igit ab utroq; superficie. l. n. erit quadratum. c. l. equale superficie. a. n. cum igitur fiat superficies. a. n. ex. a. b. in. a. c. sit autē quadratum. c. l. quadratum linee. c. b. erit ex scda parte. 16. sexti portio. a. b. ad. b. c. sicut. b. c. ad. c. a. ex diffinitione ergo linee fm proportionem hñitem medium & duo extrema diuise possem in principio sexti libri conclude ppositū. Item aliter cum quadratum. c. d. sit ex hypothesi quincuplū ad quadratum. b. d. quadratum vero. a. b. sit ex quarta scđi quadruplū ad idem. at quadratum. c. d. sit ex eadē equalē qd quadrato. c. b. qd quadrato. b. d. qd ei qd fit ex. b. d. bis in. c. b. sequitur vt illud qd fit ex. b. d. bis in. c. b. cum quadrato. c. b. sit equale quadrato. a. b. sed ex. b. d. bis in. c. b. tm̄ est quantum qd ex. a. b. in. b. c. eoq; a. b. dupla est ad b. d. ergo quod fit ex. a. b. in. b. c. cu quadrato. b. c. est equale quadrato. a. b. qd quia ex scđi scđi quod fit ex. a. b. in. b. c. qd in. a. d. qd ē eqle quadrato. a. b. sequit̄ ex coi scientia vt quadratum linee. b. c. sit equale ei quod fit ex. a. b. in. a. c. igitur ex secunda parte. 16. sexti & diffinitione cōstat ppositū.

Vero ppositio. 3.

Em diuisa fuerit linea secundum proportionem habentem medium & duo extrema si minor portio tanq; almidium maioria directe immigatur: erit ut quadratum linee inde composite quincuplum ut quadratum quod ex ipsa minoris medietate portiois describatur.

Sit linea. a. b. diuisa in puncto. c. secundum proportionem hñitem medium & duo extrema: sive eius maior portio linea. c. b. qd diuidat p equalia in. d. dico qd quadratum linee. a. d. est quincuplum ad quadratum linee. c. d. describatur enim quadratum. a. b. quod sit. a. e. in quo protrahatur diameter. b. f. qd linee. g. c. f. d. b. itemq; k. l. f. m. n. equidistantē lateribus oppositi secantes se in vicem super diametrum in duobus punctis. p. f. qd extra diametrum in duobus aliis locis. r. f. l. manifestū igitur est ex. 22. sexti vel ex correlario quarte secundi: qd oēs superficies existentes in quadrato a. e. quas diameter diuidit per medium sunt quadrare: quatuor autem superficies que sunt. a. r. m. p. p. h. f. l. e. cōstat ex. 43. primi & prima sexti et adiuvicem eqles, nam due postremē. p. h. f. l. e. sunt adiuvicē equalē ex prima sexti quoniā igit ex p̄fīt̄ hypothesi & diffinitione linee fm qd pponitur diuisa & p̄ma parte. 16. sexti quadratum. c. l. est eqles si. superficie. a. g. i. o. qd qd gnomoni. r. f. l. p̄p id quod superficies. a. r. est equalis superficie. p. h. f. qd ex quarta secundi quadratum. c. l. est quadruplum ad quadratum. r. l. qd est tanq; quadratum linee. c. d. sequitur ex coi scientia qd quadratum. m. b. sit quincuplum quadrati. r. l. cōstat enim ex gnomone quadruplo. f. r. l. simplo. hoc autē est ppositū. Item aliter cum sit linea. b. c. diuisa p equalia in p̄fīto. d. f. addita est ei linea. a. c. erit ex. 6. secundi quod sit ex



a.b.in.a.c.cum quadrato.c.d.interiacentis equale quadrato.a.d:at quid quod fit ex.a.b.in.a.c.equale est quadrato.c.b.ex prima parte.16.sex tie hoc aut est quadruplum ad quadratum;c.d.manifeste patet veritas eius quod dicitur.Potest quoque si liber est dupli modo ex consequente huiusmodi annis concludere procedure retrogradum.Sit.n.eadem divisione mangente quadratu.m.h.quincuplum ad quadratum.r.s.eritq gnomon.r.s.cqle quadrato.c.l.V trinum.n.est quadruplum ad quadratum.r.s.at qua superficies.a.g.est equalis gnomoni predicto necesse est ut superficies eadem sit equalis quadrato predicho.q re ex 16a parte.16.sex tie.17a divisione linea.a.b.est diuisa in puncto.c.sit proportionem hunc item medium est duo extrema; et maior portio eius est linea c.b.¶ Ide aliter cum sit ex ypsilonis quadraturae lineae.a.d.quincuplum ad quadratum lineae.c.d.¶ Ex 17a sed idem ipsum quadratum sit equalis ei quod fit ex.a.b.in.a.c.cum quadrato.c.d.sequitur id quod fit ex.a.b.in.a.c.cum quadrato.c.d.sit quincuplum ad idem quadratum.c.d.ideoque eo demptio erit residuum videlicet quod fit ex.a.b.in.a.c.sit quadruplum ad ipsum est gnomon et ex quarta secundi quadratum lineae.c.b.est quadruplum ad idem necesse est ut quod fit ex.a.b.in.a.c.sit equale quadrato.c.b.quare itez ex secunda parte.16.sex tie divisione linea.a.b.est diuisa secundum proportionem hunc item medium est duo extrema in puncto.c.est maior eius portio est linea.c.b.

(omissa hinc)

et q

Propositio .4.

Isecundum proportionem habentem medium et duo extrema quelibet linea fuerit diuisa eis in longum directe tandem maior secundum addiscatur: erit tota linea inde compositam secundum proportionem habentem medium et duo extrema diuisam esse et erit eius maior portio linea prima.



Sit linea a.b.diuisa qua supponit proportionem in puncto c. Et si eius maior portio c.b.totum a.b.adicatur directe linea b.d.que sit equalis c.b.dico q tota a.d.eadem proportionem diuisa est in puncto b. Et maior eius portio est linea a.b.que est linea prima. Est n. ex divisione a.b.ad.b.c.sicut b.c.ad.c.a. atque ex septima quinta a.b.ad.b.d.sicut ad b.c.igit ex undecima eiusdem d.e.a.b.ad.b.d.sicut b.c.ad.c.a.Quarum per consequentem proportionem dicitur. Cuius sit ex septima quinta a.b.ad.b.c.sicut ad b.d.erit ex undecima eiusdem d.a.ad a.b.sicut a.b.ad.b.d. Itaque ex divisione linea a.d.diuisa est in puncto b secundum proportionem hunc item medium est duo extrema et maior portio eius est linea a.b.quod est propositum. Eodem quoque modo si ex maior portione cuiuslibet linea secundum predictam proportionem diuisa tandem minor portio detrahatur erit ipsa maior portio secundum eandem proportionem diuisa. eritq major portio eius linea detracta. verbi gratia. Sit linea a.b.sicut proponitur in puncto c.diuisa sitq major portio a.c.a qua detrahatur c.d.equalis c.b.d. Icoque a.c.est diuisa secundum proportionem eandem in puncto d. Et q major portio eius est linea d.c. Cui enim sit ex divisione b.a.ad.a.c.sicut a.c.ad.c.b. At ex septima quinta a.c.ad.c.b.sicut ad.c.d. erit ex undecima eiusdem b.a.ad.a.c.sicut a.c.ad.c.d. ideoque p.19. quinti sicut c.b.residuum ad d.a.residuum. Sed ex septima eiusdem c.b.ad d.a.sicut c.d.ad.d.a.itaque a.c.ad.c.d.sicut c.d.ad.d.a.ex divisione ergo constat quod diximus. Nec igitur ea quam auctor proponit additione ea quam ex opposito proponimus detractio quantumcumque vtralibet in proximum tendat a proprietate divisionis linea primitiae discordat.



Propositio .5.

Isecundum proportionem habentem medium et duo extrema quelibet linea fuerit diuisa quod ex tota linea quodque ex minori portione productus alioquin ista pariter accepta triplum sunt eius quod ex maiore portione quadratum describitur.





Sit linea a.b. diuisa per sepe dictam proportionem in puncto c. scilicet maior portio eius linea c.b. dico q̄ quadrata duarum linearum a.b. b.c. a. pariter accepta triplum sunt ad quadratum linee c.b. Hec enim duo quadrata pariter accepta sunt ex septima secundi quantum quadratum c. b. scilicet duplum eius quod sit ex a.b. in a.c. Itemq; quia quod sit ex a.b. in a.c. est equale quadrato c.b. ex definitione est prima parte. 16. sexti manifestum est propositum.

Propositio .6.

 Omnis rationalis linea secundum proportionem habentem medium et duo extrema diuisse utramque portionem residuum esse necesse est.

Sit linea a.b. secundum solitam proportionem diuisa in puncto c. rationalis. dico q̄ utrāq; portio eius est residuum. Sit enim maior eius portio a.c. cui directe adiungatur a.d. equalis dimidio totius a.b. erit. etiam d.a. rationalis ex 6. decimi libri et definitione. Constat autem ex prima huius q̄ quadratum linee d.c. quincuplum est ad quadratum linee d.a. igitur linea d.c. est communicans linea d.a. in potentia ex definitione. sed non in longitudine ex ultima parte. 7. decimi quare per 68. decimi linea a.c. est residuum cum due linee c.d. f.d. a. sint ambo rationales potentialiter tantum comunicantes q̄ quia item si ad lineam rationalem a.b. adiungatur superficies equalis quadrato linee a.c. que est residuum erit latus eius secundū linea c.b. ex prima parte. 16. sexti necesse est ex 92. decimi ut linea c.b. sit residuum primum. Quare constat propositum. Amplius autem si linea sic diuisse ut proponitur maior portio fierit rationalis; est minor residuum verbi gratia. sit ut prius a.b. diuisa in c. secundum dictam proportionem et maior portio eius que est a.c. sit rationalis que diuidatur per equalia in d. erit. ex tertia huius quadratum d.b. quincuplum ad quadratum d.c. at quia d.c. est rationalis cum ipsa sit dimidium a.c. sequitur ut due linea d.b. f. d.c. sint rationales potentialiter tantum communicantes quae ut prius linea c.b. est residuum ut vero si linea rationalis in potentia tantum secundum proportionem habentem medium et duo extrema dividunt adhuc necesse est ut utrāq; portio eius sit residuum. Sit enim a.b. rationalis in potentia tantum diuisa sicut proponitur in puncto c. Et si matur aliqua rationalis in longitudine que sit d.e. que etiam diuidatur in f. secundum predictam proportionem. Manifestum est igitur ex secunda. 14. libri que sine admixtione aliius eorum que sequuntur incoassa demonstratione roboretur q̄ p̄portio a.b. ad d.e. est sicut a.c.ad d.f. Et sicut c.b.ad f.e. Cum ergo a.b. coicet cu.d.e. in potentia sequit ex prima parte. 10. decimi q̄ a.c. coicet cu.d.f. Et c.b. cu.f.e. in potentia. Et q̄ utrāq; portio nee d.e. est residuum ut patet ex predictis sequitur ex 98. decimi ut utrāq; portio linea a.b. sit et residuum sed non eiusdem specie ut ibidem demonstratum est. Quare constat q̄ oīs linea rationalem in longitudine vel in potentia tñ p̄portionem hñtem medium et duo extrema diuisse utrāq; portio est residuum. Et nota q̄ prima p̄s p̄tis demonstratiois qua demonstrat q̄ maior portio linea diuisse p̄m p̄portionem hñtem medium et duo extrema sit residuum si tota linea sit rationalem p̄redit ex sufficientibus sine tota linea ponat rationalem in longitudine sive in potentia tñ. Sed non pars qua demonstrat hoc de minori portione q̄ ipsa quoq; sit residuum si tota est rationalem non p̄redit ex sufficientibus nisi tota sit rationalem in longitudine. Tertia aut p̄s probatur q̄ minor portio est residuum sufficiēter p̄redit sine maior portio si rationalem in longitudine sive in potentia tñ. Ad concludendum igit̄ de maiori portione linea p̄dicto modo diuisse q̄ ipsa sit residuum sufficit ponere totam lineam diuisam esse rationalem in potentia tñ. sed ad cōcludendum quoq; hoc de minori portione mediante maiore sufficit ponere portionem maiorem. Similiter rationalem in potentia tñ. sed ad cōcludendum hoc de minori portione mediante tota necesse est ponere tota lineam esse rationalem in longitudine aut utrum est secunda. 14. libri quādmodū dñm ē.



Secunda pars

Vult q̄ 2a 14 libri ut erga diuisam aliquam in sequestrum dico non potest ex quo si tota ratione deinceps ratiōis angulus fidei decim⁹ quāris. Cum p̄ficiat hoc c. secundū



c. secundū

Residuit enim quadratum et p̄ficiat q̄ adiuncta ad hanc lineam in longitudine h̄z p̄tis hanc ratiōis ratiōis et p̄ficiat p̄tis et p̄tis de minori portione non autem ad rationalem in potentia

Propositiō 7.


Iquis pentagonus tres equos angulos habens
hunc sit equilaterus. equi angulus quoque idem pen-
tagonis esse probatur.

Sit pentagonus a.b.c.d.e. equilaterus. sicut q̄libet tres
eius anguli sue continue sue incontinue: sumatur adiu-
cēm eis et sunt prius incontinue sumpti. sicutq; anguli a.c.d.
illi tres qui ponuntur adiuicē eq̄les dico totū pentagonum ē equiangu-
lām. His angulis subdendantur chordae b.e. b.d. f.e. c.f. totus pentagonus
diuidatur in trigonū et quadrilatez. illius due diagonales sunt chordae duo
cum proximorum. eq̄liam anguloz. secantes se intra quadrilatez. ipsam in
puncto. f. erit p̄ quartam primi basis. b.e. equalis basi b.d. f. angulus a.e
b. equalis angulo. c.d. b. Cūq; p̄ quinta primi angulus. b.e.d. sit equalis an-
gulo. b.d.e. eo q̄ duo latera. b.e. f. b.d. sunt equalia. erit ex cōsciā totalis
angulus. e. eq̄lis totali angulo. d. Sīl p̄ habis totalē angulum. b. ēſſe equa-
lem angulo totali. c. Est n̄. per quartam primi basis. b.e. equalis basi. c.e.
f. angulus. a.b.e. equalis angulo. d.c.e. per quintam aut eius d.c.f. primi est
angulus. e.b.c. eq̄lis angulo. e.c.b. iḡit ex cōsciā totalis angulus. b.e. eq̄lis
totali angulo. c. Sint itaq; tres anguli. b.c.d. cōtinue sumpti. equales et sic
quoq; erit pentagonus equiangulus: erit enim ex. 4. primi basis. b.d. equa-
lis basi. c.e. f. angulus. c.d.b. angulo. d.c. f. angulus. b.d.c. angulo. e.c.d
quare per sextam primi due linee. c.f. f. f.d. erunt equales cum duo anguli
trianguli. f.c.d. qui sunt ad basim. c.d. sint equales. Igitur ex hac cōsciā
si ab eq̄libus erit linea. f.b. equalis linea. f.e. erat enim tota. b.d. equalis to-
ti. c.e. id. coq. per quinta primi erit angulus. f.b. equalis angulo. f.e. b.p̄ cā
dem aut̄ est angulus. a.b.c. equalis angulo. a.e.b. Itaq; per cōsciā totalis an-
gulus. b. totalis est equalis angulo. e. totali tres enim partiales anguli cō-
ponentes vñū sunt equales tribus p̄tialibus cōportentibus alium vñus q̄s q̄
suo relativio. Manifestum est igitur q̄ tres anguli. e.b.c. non continue sum-
pti in proposito pentagono sunt equales. Cum aut̄ sit demonstrati effec-
tum pentagonum esse equiangulum vñ totib; ergo nō constat p̄positum.


Propositiō 8.

Annis trianguli equilateri quod a la-cre suo qua-
dratum delicitur triplum est quadrato dimidii
diametri circula quo triangulus ipse circulatur.

Sit triangulus. a.b.c. equilaterus cui circumcirculatur. cir-
culus. a.b.c. supracentrum. d. quemadmodum docet quin-
ta quarti libri. et protrahatur in eo diameter. a.d.e. dico ergo q̄ quadratu
linee. a.b. triplum est ad quadratum semidiometri. a.d. Ducatur n̄. due li-
nee. b.d. f. d.c. f. arcui. b.e. subtendatur chorda b.e. eritq; ex octava primi
angulus. b.a.d. equalis angulo. c.a.d. quare per ultimam sexti arcus. b.e. ē
eq̄lis arcui. e.c. Et quia ex. 7. tertii tres arcus. a.b. b.c. f.c. a. sunt adiuicē
equales eo q̄ ex chorde que sunt latera trigoni sunt equales exypothesi.
Erit arcus. b.e. sexta pars circumferentie. ideoq; chorda. b.e. erit latus ex a-
goni equilateri iphi circulo inscripti. quare per correli. q̄ quarti linea. b.e.
est equalis semidiometro. a.d. Mā si stum est aut̄ ex prima parte. 30. tertii
q̄ angulus. a.b.e. est rectus. ideoq; quadratum linea. a.e. est equalis quadra-
tis duarum linearum. a.b. f. b.e. pariter acceptis ex penultima princi. Atvero q̄
dratum. a.e. quadruplum ad quadratum. b.e. ex quarta secundi. cum linea
a.e. sit dupla. b.e. R elinquitur ergo quadratum. a.b. triplum esse ad qua-
dratum. b.e. ideo ad quadratum. a.d. quod est propositum. Non lateat
aut̄ nos q̄ linea. b.c. que est latus trigoni dividit semidiometrū. d.e. per eq̄lia.
Etto quid em punctus divisionis. f. constat igitur ex quarta primi q̄. b.
f. est equalis. f.c. ideoq; per primam partem tertie tertii oēs anguli qui sunt
ad f. sunt recti. Quare ex penultima prima quadratum. b.d. est equalis q̄
dratis duarum linearum. d.f. f.b. Quadratum vero b.e. equalis quadra-
tis duarum linearum que sunt. b.f. f.c. Et quia. b.d. est equalis. b.e. erit





c b d



1/2

et om̄ b.f bases magto b.a.f et fi-
bases magto f.a.c quācā circu et
magto bases q̄tācā equalis q̄. vñ mag-
to a.c et a.f et a.c et a.f et a
bases et magto ad a. T̄tācā.

*Cōsideratione
Corr. eam non
m 8 1t*



ex cōsciā duo quadrata duas, linea, b, f, f, f, d pariter accepta equalia duobus quadratis duas, linea, b, f, f, e, pariter acceptis. Dempto igitur vtrinq; quadrato, b, f, erit ex cōsciā qdratum, f, d, residuum equalē qdrato, f, e, residuo quare est linea, f, d, linea, f, e, ex hac cōsciā quaz quadrata sunt equalia eas lineas esse equalēs. Ex hoc itaq; manifestum est qd perpendicularis ducta a centro circuli ad latus trigoni equilateri sibi inscripti cuius est dimidio linee ductæ a cōtro eiusdem circuli ad ipsius circumferentia.

Castigator.

a **C**Quia duo anguli ad. d. sunt equalēs adiunctū ē latera triangulo, illos contūcta equalia, s. b. d. d. c. f. d. f. cōsideratio triangulo.

Dispositio .9.



Latus exagoni equilateri latibus decagoni equilateri quos ambos viuis idemq; circulus circumferens habet in unum in longum directumq; coniungatur tota linea ex ea composta fini proportionem habentem medium et duo extrema diuina erit maiorē eius portio eius portio latius exagoni.

Sit circulus, a, b, c, cuius centrum, d, ē diameter, a, d, c, sitq; arcus, c, b, quanta p̄ arcus semicirculi, a, b, c, cui subtendatur chorda, c, b, quam cōstat ē se latus decagoni equilateri p̄posito circulo inscripti. Adiūgatur, linea, c, b, in continuo ē directum linea, b, e, que ponatur ē equis lateri exagoni eq; lateri predicto circulo inscripti. Dico totam lineam, c, e, diuisam ē ē in p̄ēto-b, fin p̄portionē h̄item medium ē duo extrema ē maiorē eius portionem dico ē ē linea, b, e, q̄ est latus exagoni. Ducant, n, in centrum, due lineae, e, d, f, b, d, eritq; angulus, e, equalis angulo, b, d, e, ex, s, primi p̄ hoc ē linea, e, b, ē ē equis linea, b, d, ex coroll. 15, quarti angulus quoq; d, b, c, ē ē equis angulo, c, ex, s, primi, quare ex, 32, primi angulus, a, d, b, erit duplus ad angulum, d, b, c, ē quia p̄ cādem angulum, d, b, c, ē duplus ad angulum, c, sequitur ut angulus, a, d, b, sit quadruplicis ad angulum, e. **E**sit, n, ex cōsciā quadruplicis q̄cūd fuerit duplū duplū. Cūq; sit ē idem angulus, a, d, b, quia quadruplicis ad angulum, b, d, c, ex ultima sexti eo q̄ arcus, a, b, ē ē quadruplicis ad arcum, b, c, neceſſe est ex cōsciā ut angulus, e, sit equalis angulo, b, d, c. **S**i ergo intelligant duo trianguli, d, e, c, totalis, f, b, d, c, p̄tialis, cū angulus, c, totalis sit equis angulo, b, d, c, p̄tialis ē angulus, c, sit cōsideratio vtriusq; neceſſe est ex, 32, primi ut ipsi sint equianguli, quare p̄ q̄ntam sexti p̄portio duo, lateri, e, c, f, c, d, cōtinuentium angulum, c, in totali triangulo ē sicut duo, lateri, d, c, f, c, b, cōtinuentium cūdem angulum, c, in p̄tiali triangulo q̄ ergo p̄portio, e, c, ad, c, d, ē sicut ad, e, b, ex scđa p̄te, 7, quinti, f, d, c, ad, c, b, ē sicut e, b, ad cādem ex p̄ma p̄te eiusdem. Sequit, ex, 11, q̄nti, v, sit p̄portio, e, c, ad, e, b, sicut, e, b, ad, b, c. I grā dione, cōclude p̄positum lineam, e, c, ē ē diuisam fin p̄portionem h̄item medium ē duo extrema ē maiorem portionē eius et latus exagoni qd oportuit nos demonstrare. **C**onversam quoq; de monstrarē cōuenit qd facile fieri via retrograda. **E**ā n, assumit Ptolomeus capitulo, 9, prime dictōis almagesti ad demōstrandū q̄ntitatēm chordarū arcū circuli. Dico itaq; si linea q̄libet fin p̄portionē h̄item medium ē duo extrea diuidat cuius circuitum maior portio fierit latus exagoni, eiusdem minor erit latus decagoni. At q̄cū cuius minor erit latus decagoni eiusdem maior erit latus exagoni. Sit, n, priori dispositiōe manete linea, e, c, diuisa in p̄mcto, b, fin predicta p̄portionē ē maior eius portio sit, e, b, dico q̄cūiusq; circuli linea, e, b, ē ē latus exagoni eiusdem ē linea, b, c, latus decagoni. Et cūiusq; circuli linea, b, c, ē ē latus decagoni eiusdem ē linea, e, b, latus exagoni. Intelligo aut̄ hoc de exagonis ē decagōis equalēs lateris. Si, n, sit, e, b, latus exagoni circulo, a, b, c, inscripti, erit per coroll. 15, quarti, e, b, equalis, d, c, ē quia p̄portio, e, c, ad, c, b, ē sicut, e, b, ad, b, c, ex ypothesi erit ex, 7, quinti, c, e, ad, d, c, sicut, d, c, ad, c, b, i. ḡt ex, 6, sexti, duo trianguli, e, d, c, f, d, c, b, sunt equianguli. Angulus ergo, e, ē ē equalis angulo, b, d, c, ipsos enim latera proportionalia respiciunt, cumq; sit angulus

a.d.b.quadruplus ad angulum.e.ex.32. primi bis assumpta. & quinta eius
dem bis sequit ut est iste angulus.a.d.b.sit quadruplus ad angulum.b.d.
c. Ideoq. ex ultima sexti arcus.a.b.quadruplus est ad arcum.b.c. Linea
igitur.b.c.est latus decagoni circulo.a.b.c.inscripti. Q.d si linea b. & sue
est latus decagoni circuli.a.b.c.erit.e.b.latus exagoni eiusdem. Sit.n.e.b
latus exagoni circuli.f. eritq. ex predictis.b.c.latus decagi eiusdem. In
telligentur igitur inscripti et decagoni equilateri duobus circulis.a.b.c.
f. quo d. oia latera erunt equalia linee.b.c. & quia ois figura equilatera cir
culo inscripta est equiangula ut probatum est in. ss. quarti libri sequitur
utrosq. decagonos et equiangulos. Cunq. oes anguli vnius piter accepti
sunt equalis oibus angulis alterius pariter acceptis sicut evidenter apparet
ex demonstratis in. 32. primi necessere est ex hac coi scia quorūlibet equa
lium decimas aut quotas libet pres eiusdē denotatiōis et equalis ut unus
b. decagono. sit equiangulus alii. ideoq. similis ex diione similiū supfi
cierum. & quia si due figure similes duobus circulis inscribantur erit propor
tio duo. relatio. latez illaz figurarum sicut duaz diametroz illoz cir
culo. ut appareat ex correl. 18. sexti libri et prima. n. cum latera decagono
rum similiū inscriptoz duobus circulis. a. b. c. & f. sint equalia sequitur
ut diametri eoz sint equalis. ideoq. & semidiametri et equalis. Sunt aut se
midiametri & latus exagoni equalia ex correlario decime quite quarti.
Erit ergo linea. e. b. latus exagoni circulo. a. b. c. inscripti sicut ipsa est la
tus exagoni circuli. f. sibi equalis. Hoc aut est quod demonstrare volui
mus. Ex bac autem nota huius. 13. libri noueris extortam esse decimam qn
ti libri que duum equalium laterum proponit trigonum describendum
cuiusverq. duorum angulorum quos basis obtinet ad tertium duplus exi
stat. Talis enim est verq. triangulorum. e. d. c. f. d. c. b. & simpliciter om
nis cuius duo latera sunt equalia majori portioni alicuius linee diuise pmi
proportionem habentem medium duosq. extrema & tertium quod est bas
sis est equalis minori portioni linee eiusdem. Vel cuius duo latera sunt eq
lia lateri exagoni equilateri alicui circulo inscripti; basis vero est equalis
lateri decagoni equilateri eidem circulo inscripti quod est propositum.


Propositio .10.

Bone latus pentagoni equilateri tanto potentius
est latere exagoni equilateri quantum potest la
tus decagoni equilateri si sit in ec de circulo am
bo inscripti.

Sit circulus. a. b. c. cuius centrum. d. & diameter. a. d. c.
inscribaturq. ei pentagonus equilaterus qui sit. a. b. c. f. g. &
a centro. d. protrahatur perpendicularis ad latus. a. b. que producatur vsq.
quo obuiet circumferentie in puncto. h. sitq. d. h. & protrahatur due chor
de. a. b. & b. b. que erunt equalis adinuicē ex secunda parte. 3. tertii & quar
ta primi. ideoq. et duo arcus. a. b. & h. b. equalis. adinuicem ex. 27. tertii.
Est igitur utraq. duarum chordarum. a. h. & h. b. latus decagoni equilate
ri proposito circulo inscripti. Dico itaq. q. quadratum linee. a. b. que est
latus pentagoni est equalis duobus quadratis duaz lineaz. b. d. & a. h. piter
acceptis quaz. prima est equalis latere exagoni ex correl. 15. quarti & sed
et latus decagoni protrahit. n. a. centro. d. perpendicularis ad lineam a. b. q. est la
tus decagoni q. producat usq. ad circumferentiam; sitq. d. k. q. & cet lineam
a. b. q. est latus pentagoni in puncto. l. & Protrahit linea h. l. Cōstat aut ex
scda pte tertie tertii & 4. pmi. 27. tertii. q. linea. d. k. q. est perpendicularis ad
chordam. a. b. simul diuidit p equalia chordam & arcū. Ideoq. arcus. a. b.
est equalis arcui. k. b. Quare ex ultima sexti angulus. a. d. l. est equalis angulo. l.
d. h. Ideoq. ex qta primi basis. a. l. basi. l. h. Iḡ ex qta primi angulus. l. a.
h. eq̄litis est angulo. l. h. a. Cūq. et sit ex eadē angulus. h. a. b. eq̄litis angulo. b.
b. a. sequit ut angulus. l. b. a. sit equalis angulo. b. b. Ergo ex. 32. pmi quo
trianguli. b. a. b. & a. b. l. sunt eganguli. Est. n. angulus. b. maioris equalis angu

Comes ea que vnius diuistratur
tome demonstari

Four scima cum possit agi
L 15 quarti




lo. b. minoris & angulis. a. cōis est vtriaq. Itaq. per quartam sexti pōportio
b. a. ad. a. h. ē sicut. a. h. ad. l. a. Quare ex prima parte. q̄. x̄. t̄. quod prouenit
ex. b. a. in. a. l. est equale quadrato linee. a. b. q̄ est latus decagoni. Cū sū
autē ūnicirculus. a. e. c. equalis ūnicirculo. a. f. c. & arcus. a. e. arcui. a. f. erit
arcus. e. c. residuus equalis arcui. f. c. residuo. Quare arcus. e. c. est medietas
arcus. e. f. ideoq. equalis arcui. a. h. & duplus ad arcum. h. k. Et quia arcus.
e. b. ē duplus ad arcum. b. b. erit ex. 13. quinti totus arcus. c. e. b. duplus ad
totum arcum. b. h. k. ideoq. ex vltima sexti angulus. c. d. b. ē duplus ad an
gulum. b. d. l. cūq. ēt angulus. c. d. b. duplus sit ad angulum. b. a. d. ex. 32. &
quinta primi. sunt. n. duo latera. d. a. f. d. b. c. qualia erit angulus. b. d. l. cūq.
lis angulo. b. a. d. itaq. per. 32. primi erit triangulus. b. d. l. e. angulus trian
gulo. b. a. d. Est. n. angulus. d. minoris e. q̄. angulo. a. maioris. & angulus. b.
est cōis vtriaq. Ergo per quartam sexti propoſtio. a. b. ad. b. d. est sicut. b. d
ad. l. b. quare per primam partem. 16. i. sexti quod prouenit ex. a. b. in. b. l. ē
equale quadrato. d. b. at vero probatum est prius q̄ illud quod prouenit
ex. a. b. in. l. , a. ēt equale quadrato. a. h. Itaq. quod prouenit ex. a.
b. in. a. l. & in. l. b. ēt equale duobus quadratis duarum linearium. a. h.
& b. d. & quia ex secunda ūcendi quod prouenit ex. a. b. in. l. a. & in. l. b. ēt
equale quadrato linee. a. b. Est autem linea. a. b. latus pentagoni equilate
ri proposito circulo in scripto. Linea vero. a. b. ēt latus decagoni equilate
ri. & linea. b. d. ēt ex corollario. 15. quarti equalis lateri hexagoni equilateri
proposito circulo in scriptorum inconcusa demonstratio aſtruitur hoc
quod dicitur.

Propoſtio .11.

Si ducibus propinquo angulo pentagoni equila
teri in traſcili. in descripsi a teſi nullis. illud. uniuersa
terius due recte linee ūtendantur ut acq alterain
secundum propoſtionei habentem medium. duo
q̄ extrema ūcabit maius. q̄ ipsius portio lateri ipſi
us pentagoni equalis erit.




Si pentagonus equilaterus. a. b. c. d. e. in scriptus circulo eiſ dem literis
signato & duobus eius propinquis angulis. qui ſunt. a. f. b. ſi. b. c. d. a. ūtendatur due
recte linee. a. c. & b. e. ūcantes ſe in uicem in puncto. f. Dico itaq. vtrāq. ha
rum eſſe diuisam in puncto. f. ſi proportionem h̄ntem medium duoq.
extrema ūt maior portio vtrāq. ēt equalis lateri pentagoni. Mani
felliſſum eſt enim ex. 17. tertii q̄ quinq. arcus circuli pentagoni proposita
circumſcribentis quorum latera ipſius pentagoni ſunt chordae ſunt adin
uicem equales. I deoq. ex vltima sexti quatuor anguli. a. e. b. a. b. e. b. a. c.
& b. c. a. ſunt adinuicem equales. Nam arcus. a. b. a. e. & b. c. ſunt adinuicem
equales. Cunq. ſit arcus. c. d. e. duplus ad arcum. b. c. erit quoq. ex vltima
sexti angulus. c. a. e. duplus id angulum. c. a. b. at vero ex. 32. primi angulus
a. f. e. duplus eſt ad angulum. f. a. b. igitur angulus. a. f. e. ēt equalis argu
lo. f. a. e. Quare per ūtam primi linea. a. e. ēt equalis linee. f. e. Sunt. ūt
duo trianguli. a. b. e. & a. f. b. equianguli per ea que dicta ſunt ūt per. 32. pri
mi. Eſt enim angulus. e. maioris equalis angulo. a. minoris & angulus. b.
communi vtriaq. Igitur per quartam sexti propoſtio. e. b. ad. b. a. ſicut. b.
a. ad. f. b. cumq. ſit. c. f. equalis. a. b. eo q̄ ipſa ut probatum eſt equalis. a. e. Se
quuntur ex. 7. quinti. vt ſit propoſtio. b. e. ad. e. f. ſicut. e. f. ad. f. b. Quare
diffinitionem linea. e. b. ēt diuifa ſi proportionem habentem medium
duoq. extrema ūt eius maior portio eſt equalis lateri ipſius pentagoni. Si
autem hoc eſt verum de linea. e. b. erit quoq. ex. 7. quinti & quinta ciuiſ de
& diffinitione idem verum de linea. a. c. Nam rota. b. e. ēt equalis toti. a.
c. ex quarta primi ūt portiones portionibus ex ūta. primi & communi
ſcientia portiones enim. a. f. & b. f. ſi. nt equalis ex ūta primi. id eoq. f. e.
& f. c. residue erunt adinuicem equalis ex concepcione. Vel potes ſi libet
& facilius de linea. a. c. demonstrare propoſitum negotiando circa ipſum
ut prius circa lineam. e. b.






Propositio .12.

I circuli pentagonum equilaterum circumscrive
tus diametros sicut ratio eius latus pen
tagoni et linea tri angulis ea scilicet que dicitur
minor.

Sit pentagonus equilaterus, a b. c. d. e. inscriptus circu
lo cuiusdem litteris ascripto cuius centrum. f. e. due diamete
tri. b. g. f. a. b. sitq. vtrq. basi diametroz linea ronalis in longitudine di
co tunc q. latus pentagoni inscripti erit linea irrationalis illa videlicet q.
dicitur minor. Protrahatur n. linea, a. c. q. fecit diametru. b. g. in puncto
k. Eritq. ex ultima k. et quarta primi linea. a. c. dividit a diametro. b. g.
orthogonaliter t. per equla in puncto. k. ga cum semicirculus. b. a. g. sit eq.
lis semicirculo. b. e. g. f. arcus. b. c. arcui. b. a. sicut constat ex. 27 tertii erit ar
cus. a. g. residuus equalis arcui. c. g. residuo. I. oq. ex ultima sexti angulus. a.
b. g. equalis est angulo. c. b. g. Cum itaq. duo latera. a. b. f. b. k. trianguli. a.
b. k. sint equla duobus lateribus. c. b. f. b. k. trianguli. c. b. k. t. angulus. b.
vnius angulo. b. alterius; erit ex quarta primi basi. a. k. equalis basi. k. c. f.
o. e. s. anguli qui sunt ad. k. sunt recti ex prima parte tertie terii. Diametru
aut. a. b. fecit latus pentagoni. c. d. in puncto. l. Eritq. suniliter linea. c. d.
divisa a diametro. a. b. orthogonaliter t. per equalia in puncto. l. C. n.
sunt duo arcus. a. d. b. f. a. c. h. equales f. arcus. a. c. sit equlis arcui. a. d. erunt
duo residui semicirculoz qui sunt c. h. f. d. h. e. q. l. Quibus si subtendatur
due chordae que sunt. c. h. f. d. b. ipse quoq. ex. 28. tertii erunt equales t. ga.
arcus. a. c. est equalis arcui. a. d. erit ex ultima sexti angulus. c. b. l. equlis an
gulo. d. b. l. I. d. oq. p. quartam pri. i. basi. c. l. est equalis basi. d. l. f. o. e. an
guli qui sunt ad. l. recti ex prima pte tertie terii. Itaq. duo trianguli. a. c. l. f.
a. f. k. sunt equianguli ex. 31. pmi. Est. n. angulus. l. maioris equalis angulo. k.
minoris eo q. vterq. est rectus t. angulus. a. e. t. ois vtrq.; quare ex quar
ta sexti proporzio. l. c. ad. c. a. est sicut. k. f. ad. f. a. Sumatur i. g. ex diametro
b. g. linea. f. m. equalis quarte parti semidiametri. eritq. per equalia propor
tionalitatem proporzio. c. l. ad quartam partem linee. a. c. q. sit. c. q. sicut. k.
f. ad quartum partem linee. f. a. que est. f. m. f. ga per. 15. quinti proporzio.
c. d. ad. c. k. est sicut. c. l. ad. c. q. Sic enim est duplum ad duplum sicut i. m.
plum ad simulum. Erit per. n. quinti. d. c. ad. c. k. sicut. k. f. ad. f. m. f. con
uenienter linee constantis ex. d. c. f. c. b. ad. c. k. sicut. k. m. ad. m. f. t. o per
primani partem. n. sexti proporzio quadrati linee composite ex. d. c. f. c. k.
ad quadratum liee. c. k. sicut quadrati linee. k. m. ad quadratum linee. m.
f. C. o. stat aut ex premissa q. si linea. a. c. dividatur fm proportionem h.
tem medium duoq. extrema maior portio eius erit equalis linee. d. c. i. g.
linea constans ex. d. c. f. c. k. cponitur ex maiori portio linee diuisa fm
proportionem h. item mediū duoq. extrema t. ex medietate totius linee
sic diuisse. Est. n. c. k. medietas. a. c. Itaq. p. primā istius. libri quadratum
linee composite ex. d. c. f. c. k. quincuplum quoq. est ad quadratum linee
c. k. I. deoq. quadratum linee. k. m. quincuplum quoq. est ad quadratum li
nee. m. f. Cum si h. quadratoz illo. vna proporzio est aut linea. b.
m. quincupla ad lineam. m. f. Erit. n. m. f. q. tra pars semidiametri ppositi cir
culi; ergo q. dratu linee. k. m. ad quadratu liee. m. f. t. sicut linee b. m. ad lineam
m. f. t. q. ex secunda parte. 18. sexti quadratum linee. k. m. ad quadratu
linee. m. f. est sicut linee. k. m. ad lineam. m. f. duplicata. Erit ex undecima
quinti linea. b. m. ad lineam. m. f. sicut linea. k. m. ad linea. m. f. duplicata.
Igitur linea. k. m. est medio loco proportionalis inter duas lineas. b. m.
t. m. f. quod sic constat. Sit enim linea n. p. medio loco proportionalis
inter eas sumpta secundum doctrinam nonne sexti eritq. ex diffinitione pro
portionis duplicate que posita est in principio quinti proporzio. b. m. ad
m. f. sicut. b. m. ad. n. p. duplicata; t. quia. b. m. ad. n. p. sicut. n. p. ad. m. f.
entertiam ex. u. quinti proporzio. b. m. ad. m. f. sicut. n. p. ad. m. f. dupli
ca. Igitur ex prima parte. g. quinti dupl. linee. k. m. f. n. p. sunt equales. I. oq.



c. a. t. omni diametro t. ut parvus a diametro
b. g. per equalia in puncto. k.





ex prima parte. et quinti est ex secunda parte eiusdem linea. R.m. est me-
dio loco proportionalis inter. b. m. & m. f. Quare ex correli. r. sexti pro-
portio quadrati linee. b. m. ad quadratum linee. m. k. est sicut est linee. b.
m. ad lineam. m. f. Et quia linea. b. m. est quinupla ad lineam. m. f. erit q
dratum linee. b. m. quinuplum ad quadratum linee. m. k. linea at b. m.
est rationis in longitudine. Ergo per ultimam ptem. et decimi linea. m. k.
est rationis in potentia tm est quia linea. b. m. est potentior linea. m. k. in q
drato linee sibi incomensurabilis in longitudine ut continuo probabitur
erit linea. b. k. residuum quartum ex diffinitione residui quarti. Qnod at
probandum assumpsimus sic patet. Sit numerus. r. quincuplus ad numerus.
f. Sintq. r. f. quantum. r. ac si esset. r. quinq. f. vnum. r. quatuor. Et sit li-
nea. b. m. potentior linea. m. k. in quadrato linee. x. Cu igitur sit quadratum
linee. b. m. ad quadratum linee. m. k. sicut numerus. r. ad numerus. f. erit p cu
sum proportionalitatem quadratum linee. b. m. ad quadratum linee. x. sunt
numerus. r. ad numerus. f. Quare per ultimam ptem. et decimi linea. x. est
incomensurabilis linea. b. m. in longitudine. No est ergo dubium quin. b
k. sit residuum quartum. Manifestum vero est ex. 34. tertii: q illud quod
fit ex. b. k. in. k. g. est equale ei quod fit ex. a. k. in. k. c. I deoq. et ipsum idem
est equale quadrato. k. c. eo q. a. k. est equalis. k. c. ergo quadrato. b. k. ad
ditu vtrig. erit ex penultima primi quod fit ex. b. k. in. k. f. in. k. g. equale
quadrato. b. c. Et quia ex prima secundi quod fit ex. b. k. in. k. f. in. k. g. est
equale ei qd fit ex. b. k. in. g. b. Erat linea. b. c. latus pentagonum sufficiet
contente a duabus lineis. g. b. f. b. c. quia linea. g. b. est rationis linea ve
to. b. k. est residuum quartum. Et quia linea potens in superficiem linea rationis
residuoq. quadrato contentam est linea minor ut constat ex. 89. decimi li
bri necesse est lineam. b. c. que est latus pentagoni equilateri proposito cir
culo inscripti esse lineam minorem. quod erat ex principio demonstran
dum. Hoc ergo modo sequitur q. latus pentagoni equilateri circulo inscripti
sit linea minor. si diameter circuli cui inscribatur fuerit rationalis in
longitudine. At vero si diameter circuli fuerit rationis in potentia tm. adhuc
necessere est ut latus pentagoni equilateri sibi inscripti sit linea minor. Esto
enim linea. a. rationis in potentia tm supra quam de scribatur circulus eq
ui de scripto inscribatur pentagonus equilaterus cuius vnum latus sit. b. c. d.
e. f. pentagonus est circulus. a. dico q linea. b. c. est linea minor. Summa
tur enim aliqua linea rationis in longitudine que sit d. Et super eam linee
tur circulus cui inscribatur pentagonus equilaterus est sit vnum latus ipsius
linea. e. f. dicanturq. pentagonus est circulus. d. constat igitur ex bac. n.
q. e. f. est linea minor cum diameter. d. sit rationis in longitudine. Quid pro
portionem pentagoni. a. ad pentagonum. d. est sicut quadrati linee b. c. ad
quadratum linee. e. f. vtraq. enim est ex secunda parte. 18. ioxi: sicut linee
b. c. ad lineam. e. f. duplicata. Pentagoni autem. a. ad pentagonum. d. est
sicut quadrati diametri. a. ad quadratum diametri. d. ex prima. n. erit ex
m. quinti quadratum linee. c. b. ad quadratum linee. e. f. sicut quadratum
diametri. a. ad quadratum diametri. d. cunq. quadrata duas diametros.
a. f. d. sint coicantia: quia ambo sunt rationalia ex hypothesi. erunt quoq. ex
prima parte. 10. decimi quadrata duarum linearum. b. c. f. e. f. coicantia.
Ergo linea. b. c. coic. et in potentia cum linea. e. f. f. q. linea. e. f. est minor
sequitur ex. 100. decimi: q. et. b. c. sit linea minor quod est propositum. Si
ne ergo diameter alicuius circuli sit rationalis in longitudine sine in pot
entia tm necesse est ut latus pentagoni equilateri sibi inscripti sit linea minor.

Propositio .13.


Item idem quadratum triangularium et equilate
tarum ab aliquotata ipse circumscribibile fabrica
re habetur ergo ipse diameter los ad latum ipsius pi
ramidis sexualiteram proportionem potentiali
ter babere probatur.

C Sit linea a. b. diameter assignate spere que dividatur in puncto c. ita q. a. c. sit dupla ad. b. c. illuc super eam semicirculus. a. d. b. e producatur linea. c. d. orthogonaliter super lineam. a. b. e producantur linee. b. d. f. d. a. Postea frat circulu. f. g. h. si per centrum. c. cuius semidiamiter sit equalis linee. c. d. cui ex secunda quarti libri inscribatur triangulus equilaterus qui sit. f. g. h. ad cuius angulos protrahantur a centro linee. c. f. e. g. e. b. Deinde super centrum. e. erigatur secundum q. docet. n. vnde decimi linea. e. k. que ponatur equalis. a. c. perpendicularis ad superficiem circuli. f. g. b. Et demittantur a puncto. k. ypothenuse. k. f. k. g. k. h. Eritq; completa piramis quatuor basium triangularium et equilaterarum quam dico esse ab assignata spera circumscriptibilem. Et dico quadratum diametri proposito spere sexquialterum esse ad quadratum lateris fabricate pyramidis. Constat enim ex prima parte correlarii. g. sexti q. linea. c. d. est medio loco proportionalis inter. a. c. f. c. b. Quare ex correlarii eiusdem quadratum linee. a. c. ad quadratum linee. c. d. est sicut. a. c. ad. c. b. Ergo coiunctum quadratum. a. c. f. quadratum. c. d. ad quadratum. c. d. sicut. a. b. ad. b. c. Ideoq; ex penult. primi quadratum. a. d. ad quadratum. d. c. sicut. a. b. ad. b. c. Cum ergo linea. a. b. sit tripla ad. b. c. (erat. n. a. c. dupla ad ea) erit quoq; quadratum. a. d. triplu ad quadratum. d. c. aut ex. g. huius quadratum. f. g. triplu ad quadratum. e. f. Quare cum ex ypothesi. d. c. sit equalis. e. f. erit ex eo scia. a. d. equalis. f. g. Et quia ex definitione linee perpendicularis ad superficiem linea. e. k. continet cu singulis lineis. e. f. e. g. e. h. angulos rectos quaeque libet est equalis ligee. e. d. Et quia ipsa eadem est equalis linee. a. c. f. angulus. c. e. rectus; erit p. quartam primi vnaqueq; trium lineaz. k. f. k. g. k. h. eglis linea. a. d. Manifestum est igitur fabricatam pyramidem esse quatuor basium triangularium equilateraz. I palam autem est circumscribilem ab assignata spera sic habero. Linee. e. k. intelligatur adiici sum rectitudinem linea. e. l. eglis linea. c. b. ut tota. k. l. sit eglis. a. b. q. est diameter assignate spere. Hac autem linea inquam. e. l. imaginari esse sub circulo. f. g. h. perpendicularare quoq; ad ipsius superficiem ex parte inferiori sicut est. e. k. ex parte superiori eritq; vnaqueq; triu linearum. e. f. e. g. e. h. Et simpliciter quilibet semidiametri circuli. f. g. h. medio loco proportionalis inter. k. c. f. e. l. quoadmodum e. d. c. inter. a. c. f. c. b. nam hec sunt equalis illis vnaquaq; sue relative. Si igitur super lineam. l. k. describatur semicirculus circuducatur quoq; ad locum vnde moueri ceperat redat erit ex definitione sperae equalium sperae de scripta motu huius semicirculi eglis spere assignatae. Sunt. n. spere equalis q. sunt eniles diametri quoadmodum de circulis in principio tertii dicti. Se micirculum hunc vero necesse est trahere p. tria puncta. f. g. h. que sunt angulari solidi pyramidis fabricare. Similiter autem dico q. semicirculus hic quae sit linea. k. l. fuerit descriptus si circuducatur quoq; ad locum redat vni moneri cepat continget circulum. f. g. h. super oia puncta circumferentie ipsius. Quid ex hac vetusta veritate probatur. Si linea recta super lineam re etiam perpendiculariter steterit que inter pres eius cui supsat vel circuferat medio loco proportionalis ponatur. fueritq; super eam lineam cui perpendicularis super sat semicirculus descriptus circumferentia ipsius per extremitatem linee medio loco proportionalis posite perpendiculariter necesse ratio transibit. Cum igitur cuncte semidiametri circuli. f. g. h. sint perpendicularares ad lineam. k. l. f. medio loco proportionales inter partes ipsius quae sunt. k. e. f. e. l. sequitur ut semicirculus descriptus super. k. l. si circuducatur transeat per oia puncta circumferentie. f. g. h. Et per oes solidos angulos pyramidis fabricate. Itaque a definitione eius quod est figuram inscribi figure pyramidis fabricata est inscriptibilis illi spere quam semicirculus super lineam. k. l. lineatus motu suo describit. Et quia hec spere descripta est as signata spere equalis per definitionem equalium sperae sequitur ex communis scia ut hec pyramidis fabricata sit ab assignata spae circumscribibilis qd est propositum. Correlariu autem pareret sic. Cu. n. a. b. sit tripla ad. b. c. p. eiusdem proportionalitatem erit. a. b. f. ex altera ad. a. c. Log. ex ista pte correda.


Diametrū sp̄ere dorz reperi t̄ h̄o
dosms = 2 p̄ sp̄e p̄m libq





L. enista veritas



Venusta illa veritas
lumen i'tat



N. n. de pulchra
Conuersa
3o primis dene i'tat



si. 8. sexti est corollario. 17. eiusdem quadrati lineae. a. b. erit et sequaliter ad quadratum lineae. a. d. est ea linea. a. d. est lateri fibeicare pyramidis. ac non. a. b. est diameter. pere constatve esse quod per corollariu d. Ne autem quoniam de vctualta veritate proposita hejitate contingat ea volumus hoc modo demonstratione firmare. Sit igitur sup lineam. a. b. linea. c. d. perpendicularis. q. ponatur medio loco proportionalis inter partes lineae. a. b. q. sint. a. c. f. c. b. ita q. proportio. a. c. ad. c. d. sit sicut. c. d. ad. c. b. Et super lineam. a. b. describatur semicirculus. a. c. b. Dico q. huius semicirculi circumferentia transibit per punctum. d. q. est extremitas perpendicularis. Sinaut secabit lineam. c. d. aut transibit ea totam ipsam transiens q. includes. Et non contingat. Secet ergo primo ea in punto. e. q. ducatur linea. e. b. f. e. a. erit. ex prima parte. 30. tertii totalis angulus. a. e. b. rectus. Itaq. ex prima parte corollario. 8. sexti proportio. a. c. ad. c. e. esunt. c. e. ad. c. b. At non ex secunda parte. 8. qnti proportio. a. c. ad. c. e. est maior q. a. c. ad. c. d. eo q. c. e. minor. q. c. d. Cu. igitur sit. c. e. ad. c. b. sicut. a. c. ad. c. f. c. d. ad. c. b. sicut. a. c. ad. c. d. erit per. 13. qnti. e. c. ad. c. b. maior q. c. d. ad. c. b. I. deoq. per primam partem. 10. qnti. e. c. est. maior q. d. c. pars videlicet q. sive totum quod est impossibile. Non ergo secabit circumferentia semicirculi lineam. c. d. Supertransibit igitur q. producatur. c. d. v. q. ad circumferentiam. sitq. tota. c. e. f. protracta. hattu. lineae. e. b. f. e. a. sequitur. ut prius lineam. c. d. esse maiorem q. sive linea. c. e. Q. quod est et impossibile. constat ergo propositum. Si. autem dicimus q. si fuerit aliq. angulus rectus cui basis subiectatur super qua semicirculus lineatur. ipsius circumferentia per angulum rectum transire necesse est. Conuersam. q. huius proponit prima pars. 30. tertii. Quod autem dicimus sic confitat.

C. Sit. n. angulus. a. b. c. rectus cui sibi datur basis. a. c. q. super ea lineatur semicirculus dico q. ipsius circumferentia transibit per punctum. b. in quo coextant linee cotinentes angulum rectum cuius demonstratio est q. neq. transibit supra nec infra. Sin autem transeat primo infra. sitq. a. e. c. q. ab angulo. b. producatur linea. b. d. perpendicularis ad basim. a. c. q. fecit circumferentia semicirculi in punto. e. f. protractantur lineae. e. a. f. e. c. Finitur angulus. a. c. e. rectus ex prima parte. 30. tertii. at ipse est maior angulo. a. b. c. per. u. prius mihi hoc autem est impossibile ex tercia petitione cu. vterq. sit rectus. Hic qui dem ex hypothese non ex prima parte. 30. tertii. Non ergo transibit circumferentia semicirculi infra angulum. b. transeat itaq. supra q. sit. a. f. c. producatur autem perpendicularis. d. b. quousq. obniuit circumferentia semicirculi. a. f. c. in punto. f. q. producuntur lineae. f. a. f. c. eritq. ex prima parte. 30. tertii angulus. a. f. c. rectus. Cumq. est effet ex hypothesi angulus. a. b. c. rectus sequitur impossibile per. u. prius sicut in principio. Reliquum ergo quod diximus. Hoc autem necessarium est ad cognitionem eo. q. sequitur.

Proposito. 14.

Bassignata spes a circumscribilem cubum constituere euilidem aut spere diametrum lateri ipsius cubi potentialiter triplicem esse maxime. erit.

C. Allignate pere diameter. sit. a. b. super qua lineatur semicirculus. a. d. b. dividaturq. diameter in punto. c. prorsus secundum conditionem premissae videlicet vt linea. a. c. sit dupla ad lineam. c. b. q. producatur. c. d. perpendicularis ad. a. b. q. protractantur. d. b. f. d. a. postea fiat unum quadratum cuius omnia latera sine equalitate lineae. b. d. sitq. e. f. g. h. super cuius quatuor angulos erigantur ut docet. 11. vnde decimi quatuor lineae perpendicularares ad superficie ipsius quadrati quaque libet ponatur et equalis linee. b. d. sintq. e. k. f. l. g. m. h. n. eruntq. hec quatuor perpendicularares singule singulis eqdistantes ex sexta vnde ciuitate anguli quos continent cum lateribus quadrati recti ex definitione linee perpendicularis ad superficie deinde contingat extremitates istarum perpendicularium protractis lineis. k. l. l. m. m. n. n. k. eritq. complectus cubus sex superficiebus quadratis contenus. C. constat. n. ex. 33. 34. pmii q. quoniam superficies ipsius ambientes q. ipse sunt quaque opposita latera sunt quatuor perpendiculares.



culares sint oes quadrates de basi aut hoc positum est. at vero de supra
cius superficie q est k.l.m.n. q ipsa quoq sit quadrata. cōstat ex. 33. primi &
10. vndeclimi. ideoq ex quarta vndeclimi maiestum ē singula latera eius
dem cubi duabus ipsius oppositis superficiebus orthogonaliter insistere.
Vt autē cubum hūc ab assignata spera circumscribilem esse demonstra-
mus in una suaz superficerum p̄trahat diagonalis. Verbi gra in basi eius
sq. e.g. q̄ ab huius diagonalis altera extremitate p̄trahatur diameter ca-
bi. e. m. eritq ex penultima p̄mi q̄dratum. e.g. duplum ad q̄dratum. f.g.
I. q̄ ad quadratum. g. m. eo. q̄. g. m. ē equalis. f.g. Sunt n. oia latera ca-
bi adiuicē equalia. q̄ q̄ rursus ex penultima primi quadratum. e. m. est
equalē quadratis duarū lineaz. e.g. f. g. m. pp hoc q̄ angulus. e.g. m. est re-
ctus ex diffinitione linee p̄pendicularis ad superficiem. Erit quadratum. e.
m. triplum ad quadratum. m. g. Cōstat n. ex duplo & simpto. cuq ex se-
cunda p̄ correliari. g. sexti & ex correliario. 17. eiusdem q̄dratum quoq
a. b. sit triplum ad q̄dratum. b. d. eo q̄ linea. a. b. tripla ē ad lineam. b. c. sit
aut. b. d. equalis. e.g. sequit ex cōi scia vt. e. m. q̄ est diameter cubi sit equa-
lis. a. b. q̄ est diameter sp̄ere. Itaq. s̄fup. e. m. lineet semicirculus circūdica-
turq quoq ad locum unum initium motus redat sp̄era descripta erit
ex diffinitione sperarum equalium eq̄lis sp̄era assignate. At vero ga hic semi-
circulus trāstitum faciet p̄ punctum. g. eo q̄ angulus. e.g. m. est rectus eadēq
rōne p̄ ceteros singulos rectos angulos cubi qd ex ante ante hanc. 14. imme-
diata p̄missio manifestum est. Cōstat cōstitutum cubum ab assignata spa-
eo q̄ a sua equali circumscribilem esse quod demonstrare oportebat.
correlari vero demonstratio in istius demonstrationis processu preparauit.

Propositio .15.

Op̄nis octo basium triangulareū & equilaterarū
a sp̄era prop̄posita circumscriptibile coponere. et
ob palam euilē in sp̄ere diametru lateri ipsius cor-
poris duplicem esse potentialiser.


Diameter sp̄ere prop̄positus sit. a. b. que dividatur p̄. equa-
lia in p̄ucto. c. t̄ sup̄ eam lineet semicirculus. a. d. b. t̄ p̄du-
cat. c. d. p̄pendicularis. ad. a. b. & iungat p̄unctus. d. cum. a. & c. n. b. De-
scribatur, vnum quadratum cuius singula latera sint equalia lineaz. b. d.
sunt quadratum. hoc. e. f. g. b. in quo p̄trahant diametri due. e.g. f. f. b. se-
cantes se inuicem in p̄uncto. K. Cōstat igitur ex. 4. primi & vtraq. istarum
diametroz sit equalis lineaz. a. b. que est diameter sp̄era cum angulus. d. sit
rectus ex prima pte. 30. tertii & singuli quoq. anguli. e.g. g. h. recti ex diffi-
nitione q̄drati. Cōstat rursus q̄ cedem due diametri. e.g. f. f. b. dividunt se
inuicem p̄ equausta in p̄ucto. K. b. aut ex. 5. primi & 12. & sexta eiusdem fa-
cile est elicere. Erigat itaq. super p̄unctum. K. linea. k. l. p̄pendicularis ad su-
p̄ficie q̄drati q̄ ponatur equalis medietati diametri. e.g. vel. f. b. & de-
mittant hypothemis. l. e. l. f. L. g. L. h. erintq ex his q̄ posita sunt & penulti-
ma primi quotiens oportuerit repetita singule h̄az hypothemis. q̄ equalis
sibi inuicem & equalis lateribus quadrati. Habet ergo piramidem quāmor
equilaterarum triangulareū basium super quadratum constitutam.
Hinc itaq. sub ipso quadrato similē piramidē hoc mō appōe linea. l. K. pro-
ducas p̄forando quadratum v.sq. ad. m. ita q̄. K. m. exis sub quadrato sit
equalis. l. K. existenti supra & iunge p̄unctum. m. cum singulis angulis q̄
drati p̄ducendo. 4. alias hypothemis que sunt. m. e. m. f. m. g. m. h. de quib
quoq manifestum est ex penultima primi quemadmodum de aliis
q̄ sunt in superiori pte & ipsesint equalies ad inuicem & lateribus quadrati.
Cōplexius igitur corpus. s. basim triangulareū ē equilaterarum. Hoc
aut ab assignata sp̄era circumscriptibile esse sic habeto. Cōstat n. q̄ linea. l.
m. est equalis diametro assignate sp̄era nam vtraq. eam est equalis dia-
metro quadrati. igitur si super. l. m. lineetur semicirculus qui circumvolua-
tur quoq ad locum suum redeat sp̄era quam motu suo describet erit eq̄
lis assignate sp̄era vt ex diffinitione sperarum equalium colligatur. Hic

cubus curvā scriptibile est




*Est en ex. 2. p̄. 17.
qui p̄de p̄en. A b a
b d sit b d ad b
cūm q̄dratu. (e
c p̄en) ab ad
quadratis b d
iur lineaz a b
ad lineaz b c
f. q̄. g. p̄per
si linea a b ad
linea c d & c
t̄p̄. l. q̄. q̄. b
T̄. a b ad q̄
diam. b d c
t̄p̄. q̄. p̄. p̄.
Ced. 54*

*Ex quin p̄
mi hec p̄. p̄.
l. t̄. q̄. d. n. i.
sunt equalis q̄
anguli p̄. p̄. p̄.
sunt equalis q̄
3. p̄. p̄. l. t̄.
q̄. t̄. m. g. n. l. q̄. l. q̄.
q̄. t̄. m. g. n. l. q̄. l. q̄.
s. t̄. q̄. p̄. p̄. p̄.
m. d. i. d. n. i. t̄.
q̄. p̄. p̄. p̄. p̄.
q̄. t̄. m. g. n. l. q̄. l. q̄.
q̄. t̄. m. g. n. l. q̄. l. q̄.*



frumento ex ea semi due
mitra



vero semicirculus transibit per quatuor angulos quadrati & simpliciter p
oia puncta circuferentie circuli circū scribētis quadratū, eo q semidiamet
er quadrati ut linea f-k. & portiones linee l, m, q sint l, k, & k, m, sunt ad
fruicem equalis, quare ex diffinitiōe eius quod ē figuram vnam alii figu
re inscribi fabricatum corpus in scriptibile ē spere motu huius semicirculi
descripere. Itaq & spere assignate ex cōcepto, cū ipse sint adiuvicē eqles ex dif
finitiōe. Correl. No manu se collatissime n. due linee, d, b & d, a, equalis
ex 4. pmi ideoq, quadratū, a, b, duplū est ad quadratū, b, d, ex p̄ul. p̄mit
latus aut fabricati corporis est equale linea, b, d, vez est ergo correlariū.

Propositio .16.



Sopus viginti basium triangularium atq; equila
terarum a data spera diametri rationalem ha
bete et circumferentiā plibet fabricare. critop palam latu
ciuidem copiose esse lineam irrationalē eam sc̄i
llet que dicitur minor.

Sit hic quoq; diameter assignate spere, a, b, que ponat
esse rōnali, siue in longitudine siue in potentia tñ; & dividatur in pucto
c, ita q, a, c, sit quadrupla ad, c, b, & lineetur super eam semicirculus, a, d, b.
& pducatur c, d, perpendicularis ad, a, b, & ptrahabatur linea, d, b, deinde fm q
titatē linee, d, b, lineetur circulus, e, f, g, h, k, supra centrum, cui in scribat p̄
tagonus equilaterus eisdem līris annotatus ad cuius angulos a centro, l,
ducantur linee, l, e, l, f, l, g, l, h, l, k, Rursus in codem circulo inscribatur de
cagonus eq̄laterus, dividantur n̄cuncti arcus quoq; chorde sunt latera p̄
tagoni p̄ equalia & a punc̄is mediis ad extremitates cuncto, latez, inscri
pti pentagoni linee recte dirigantur. Itaq; super singulos angulo, pentago
ni erigatur cathetus fm q docet, n. vndeclimi quorum quilibet sit et equa
lis linee, b, d, & cōtinuent extremitates hoq; quinq; cathetoz, quinq; corau
stis. Erunt ex 6. vndeclimi quinq; catheti, erotti, adiuvicē equidistantes. Cunq; ipsi sint equales erunt quoq; ex 33. p̄ imi, quinq; corauisti, eoru
extremitates iungentes equales lateribus pentagoni. Demitte igit a sum
mitatibus singulis singuloz, cathetoz, binas hypotemias ad duos
circumstantes angulos in scripti decagoni, & harum decem hypothemias, a
quinq; extremitatibus cathetoz, ad, s. puncta que sunt singuli anguli me
dii in scripti decagoni descendētū extremitates continualium pentag
onum rursus ipsi circulo inscribēdo qui quoq; erit eq̄laterus ex 2. tertii.
Cum hoc itaq; feceris videbis te perficisse decem trianguloz, quoq; latera
sunt decem hypothemias, quinq; corauisti & s. latera huius secūdū pentago
ni in scripti. Hoc ergo decē triangulos eq̄lateros et sic collige. Cum, n. rā
semidiameter descripti circuli, q̄ libet, eretur, orum cathetorum sit equalis
linee, b, d, ex hypothesi erit ex correlario, q̄, quarti quilibet cathetorum equalis
linei lateri exagoni eq̄ilateri circulo cuius semidiameter est equalis linea
b, d, in scripti. Quia no ex penul. primi vnaqueq; io. hypothemis tam
to est potentior catheto quantum potest latus decagoni. At vero ex 10.
huius latus quoq; p̄agoni ē tanto potentius eodem quātum pot idē la
tus decagoni. Erit ex cōi scia vnaqueq; basi, ypothemis, q̄, equalis lateri
pentagoni. De corauistis aut iam patue q̄ ipsi sint equales lateribus penta
goni. Itaq; cuncta latera horum decē trianguloz, aut sunt latera penta
goni eq̄lateri secūda vice circulo inscripti aut illis equalia sunt igitur eq̄la
teri trianguli. Amplius aut super centrum circuli qd est p̄fictum. Lerege alia
cathetū equalē p̄oribus q̄ sit, l, m, eius q̄, superiorē extremitatē q̄ est p̄fictus
m, iūge cu singulis extremitatibus p̄toz, per quinq; corauistos erit, ex se
ta vndeclimi hic centralis cathetus singulis cathetorum angularium, equi
distans. Ideoq; ex 33. primi bi quinq; corauisti erunt semidiametro circuli
equales & ex correlario, q̄, quarti quilibet eorum tanquam latus exagoni. cen
tralii ergo catheto ex vtraq; parte adiiciatur linea vna equalis lateri deca
goni. Supra quidem adiiciatur c, l, m, n, deorsum autem sub circulo adii
ciatur sub a centro rotundat. p̄ postea demittantā punc̄to, n, s, ypothemis,

ad. s. superiores angulos decem triangulorum qui sunt in circuitu. Et a pum
cto. p. alie. s. ad alios quinq. inferiores. Eruntque decem hypothemis eq
tes ad invenientiam lateribus inscripti pentagoni ex penultima primi. sc. io. hu
ius quemadmodum de aliis decem prius demonstratum est. Habes ergo
corpus. sc. basum triangularium atq. equilateraz cuius cuncta latera sunt
equalia lateribus pentagoni. Eius vero diameter est linea. n. p. Horum
autem. sc. triangulorum decem consistunt in circuitu supra circulum. qui
q. autem consurgunt sursum ad punctum. n. concurrentes. At quinq.
reliqui deorsum emergunt super punctum. p. coequentes. Hoc autem yd
cedrum corpus a data spera circumscriptibile esse sic est manifestum.
Cum linea. l. m. sit equalis lateri exagoni. sc. m. n. lateri decagoni equilate
rorum quos circulus. e. f. g. circumscribit tota. l. n. erit ex nona partis libri
divisa summa proportionem. b. m. sc. d. extre. i. pucto. m. sc. maior portio eius est
linea. l. m. Dividat itaq. l. m. per equa in. q. Eratq. ex coi scia. p. q. equa. q.
n. Nam p. l. polita e equis lateri decagoi quemadmodum. m. n. que. q. n. e me
diata. n. p. que ad modum e. q. m. medietas. m. l. Cū ergo qdratū. n. q. sit ex
3. huius quincuplū ad qdratū. q. m. erit quoq. ex. g. quinti qdratū. p. n. quincuplū
ad quadratum. l. m. Est. n. ex quarta secundi qdratū. p. m. qdruplū ad
quadratum. q. n. Quadratum quoq. l. m. qdruplū ad quadratum. q. m
ex eadem. Quadruplū aut ad qdruplū est ut simplū ad simplū esse
q. qnti atq. no quadratum. a. b. quincuplū est ad qdratū. b. d. ex scda p
te correlario. i. 8. sexti. sc. ex correlario. i. 7. eiusdem. est. q. a. b. quincupla ad. b. c.
e. q. a. c. sunt ad eadē qdrupla. Quia ergo. l. m. est ex hypothesi. eglis. b.
d. erit ex coi scia. a. b. equalis. n. p. Itaq. l. sup lineam. n. p. semicirculus de
scribat qui radii q. locū sumum repeat circouolat spera ipsius motu de
scripta erit a diffinitione speraz. equalium equalis spere pposite. Et qm li
neal. m. est medio loco pportionalis. Inter. l. n. sc. n. m. ideoq. inter. l. n.
sc. p. l. erit quoq. qlibet semidiameter circuli medio loco pportionalis in
ter. l. n. sc. l. p. sc. cum. l. m. sit equalis semidiametro circuli itaq. semicircu
lus sup. p. n. descriptus transibit p oia puncta circumferentie circuli. e. f. g.
Ideoq. sc. p singulos angulos solidi fabricati in illa circumferentia consisten
tent. q. eaē rōe singuli corauisti cōtinuitates extremitates angulariū cathe
toz. cū extremitate cetralis sunt medio loco pportionalis inter. p. m. sc. m.
n. eo q. quilibet eo. est eglis. l. m. sequitur vt idem semicirculus trāseat et
p reliquos angulos figure ycoedre stature. ē igē corpus hoc inscriptibile
spere cuius diameter. p. n. Ideoq. sc. spere cuius diameter. a. b. Latus autē
huius solide figure dico esse lineam minorem. Cōstat. n. q. linea. b. d. est
rōnalis in potentia cū eius qdratū sit subquincuplū ad qdratū lineae. a
b. q. posita est rōnalis sine in longitudine sine in potentia tri. Itaq. semidia
meter atq. semidiametri circuli. e. f. g. est rōnalis in potentia. Nam eius
semidiameter est eglis. b. d. Igit ex. n. huius latus pentagoni equilateri. huius
circulo inscripti est linea minor. at vero sicut in huius demonstrationis
pcessu patuit latus huius figure est quātum latus pentagoni ergo latus hu
ius figure. sc. alchaidarum est linea minor quemadmodum proponit.

Propositio. 17.


**Opus duodecimi batuum pentagonarum equila
terarum atq. equiangularium ab effigimata spere
diametri rōnalem habente circumscriptibile co
stituere. eritq. palam latus eiusdem corporis ita
tionale. e. f. c. id quod residuum dicitur.**
 Eiat cubus summa p. docet. i. 4. huius circulū inscriptibile cab. ar
signata spes. sintq. huius cubi due superficies. a. b. sc. a. c. imaginemur at nūc
q. a. b. sit summa superficies cubi. sc. a. c. si vna ex lateralibus sitq. linea. a. d. cois
issit duabus superficiebus. dividantur itaq. in superficie. a. b. duo opposita
latera p. eglia videlicet. d. b. i. pucto. f. sc. latere oppositum i. e. sc. pucta divisi
onis cōtinuent p. linea. e. f. latus quoq. a. d. sc. illud q. sibi oppōit isuperficie
a. c. dividat p. eglia sc. pucta divisionis cōtinuet linea recta cuius medietas sit

icosihedron a sphera esse circu
scriptibile
habent midū et lata extrema

sed simpliciter q. n. ad simpliciter q. m
quoniam t. q. q. quadrupliciter p. n. e. f. g.
num. p. t. ad quadrupliciter l. m
e. f. g. (e. f. g. dicitur) videtur in p. d.

ex differentiis latae datur.


videtur ab aliis.

Latus e. f. linea minor

diameter

Alethia. da

g.h. Sim pūctus h. medius punctus linee a.d. similiter linea e.f. dividat
 p equalia in. R. et protrahatur. b.k. qualibet i gr triūm lineas. e. k. f. g.
 b. diuide s̄m proportionem. ha. me. f. du. ext. in tribus punctis. l.m.q. sine
 q. maiores portiones eaz. l.k. k.m. f. g. q. Quas manifestum est esse equa-
 les cū tote lice dūiſe sine equales videlicet quilibet eaz. medietati lateris
 cibi. Deinde a duobus punctis. l.f. m. erige perp̄icularares ut docet. n. vñ
 decimi ad superficiem. a.b. quaz. vtrāq. ponas equalē linee. k.l. sintq. l.n
 f. m. p. si militer a puncto. q. erige pp̄pendiculariter. q.r. ad superficiem. a.c.
 quam ponas equalē. g. q. perahē itaq. lineas. a.l. a.n. a.m. a.p. d. m. d. p. d.
 l. d. n. a. r. a. q. d. r. d. q. Manifestum estigitur ex quinta huius q. duelinee
 k.e. f. e. l. potētialiter sunt triplū ad linea. k. l. ideoq. et ad lineam. l.n. cū
 k.l. f. f. n. sint equalē. At vñ. k.e. ē equalis. e.a. igit. due linee. a.e. f. e.l.
 sunt potētia triplū ad linea. l.n. quare ex penul. primi. a.l. ē potētia tripla
 ad. l.n. ideoq. p. eadē. a.n. ē potētia quadrupla ad. l.n. Cūq. ois linea sit
 potētia quadrupla ad medietatem sui sequit ex cōi scia q. a.n. sit dupla in
 longitudine ad. l.n. f. q. a. l. m. dupla est ad. l.k. At. k.l. f. l. n. sunt equalē
 erit. a.n. equalis. l.m. sunt. n. eaz. dimidia equalia. Et q. ex. 33. primi. l.m.
 ē equalis. n. p. erit. a.n. equalis. n. p. Eodē mō pbabis tres lineas. p. d. r.
 f. r. a. ē equales sibi inuicem f. duabūs predictis. Habenius itaq. ex his qn
 q. lineis pentagonū equilat. q. est. a.n. p.d.r. Sed fortasse dices ipsum nō
 esse pentagonum q. anec forsan ē totus in superficie vna. qd. effet neceſſariū
 ad hoc vt effet pentagonus. Quod ergo sit totus in superficie vna s̄chabeto.
 p. deat eadem a pūcto. k. liea. k.s. perp̄icularis ad superficiem. a.b. q. sit eq
 lis. l.k. eritq. ob hoc equalis vtrāq. duas lineas. l.n. f. m. p. cūq. ipsa sit eq
 distans vtrāq. eaz. ex sexta vndecimi. ideoq. cum amabūs in eadem super
 fice ex dione lineas equidistantium necesse est vt punctus. s. sit in linea. n
 p. f. p. diuidat eā p. equalia. pr̄trahant igitur due linee. r. h. f. h. s. sunt itaq.
 duo trianguli. k. s. h. f. q. r. h. sup vñ angulū videlicet. k. h. q. cōſtituti f
 est p. portio. k. h. ad. q. r. sicut. k. s. ad. q. h. nā. vt. g. h. ad. q. r. sic. k. b. ad. q.
 r. ex. z. quanti. f. vt. r. q. ad. q. h. sic. k. s. ad. q. h. ex eadē. sed. g. h. ad. q. r. vt
 q. r. ad. q. h. eo. q. q. r. est equalis. g. q. ergo. p. 30. sexti linea. r. h. s. est linea
 vñ. Quare ex secunda vndecimi totus pentagonus de quo disputamus
 est in superficie vna. I. psum quoq. dico esse equiangulum. cū. n. e. k. sit di
 uisa s̄m proportionem habentem medium duoq. extrema. f. k. m. sit eq
 lis maiori portioni ciui. erit quoq. ex. 4. presentis tota. e. m. diuisa s̄m p
 portionem habentum medium duoq. extrema. maior. quoq. portio ciui
 linea. e. k. I. deoq. per. s. due linea. e. m. f. m. k. I. deoq. due. e. m. f. m. p.
 Nam. m. p. est. equalis. m. k. sunt potētia triplū ad lineam. e. k. I. deoq.
 f. ad lineam. a. e. nam. a. e. est equalis. e. k. I. taq. tres linea. a. e. e. m. f. m. p.
 sunt potētia quadruplū ad lineam. a. e. Conſtat aut per penultimam
 primi bis assumptam q. linea. a. p. est potētia equalis tribus lineis. a. e. f.
 e. m. f. m. p. I. taq. a. p. est potētia quadrupla ad lineam. a. e. Latus vero
 cubi cum sit duplū ad lineam. a. e. est potētia quoq. quadruplū ad ip
 sum ex. 4. secundi. igitur ex cōi scientia. a. p. est lateri cubi equalis. Cunq.
 a. d. sit vnum ex lateribus cubi erit. a. p. equalis a. d. Ideoq. ex. 8. primi an
 gulus. a. r. d. est equalis angulo. a. n. p. Eodem mō pbabis angulum. d. p.
 n. effe equalē angulo. d. r. a. quia pbabis lineam. d. n. effe potentialiter
 quadruplū ad medietatem lateris cubi. Cum igitur ex his pentagonus sit
 eglateris f. habeat tres angulos equalēs ipse erit egaingulus ex septima p
 n. tis libri. Si itaq. hac via rōeq. cōſimili sup. vñūquodq. reliquo. latez. cu
 bi pentagonum equilatez. f. equiangulum fabricemus ph̄cet solidum. n.
 superficiebus pentagonis eglateris f. equiangulis cōtentum. Cubus. n. h̄t
 n. latera. R. eliquum aut. est demonstrare solidum hoc effe a data ſpera
 circū ſcripſibile. pr̄trahant igit. a. linea. f. k. due ſuperficies ſect. ites tubū quaz
 vna ſecet ipsu. n. sup. linea. h. k. f. alia sup. linea. e. f. eritq. ex. 40. vndecimi
 vt cōis ſectio h. y. duas ſuperficiez ſecet diamet. cubi f. ſecet viceversa ab
 ipsa diætro p. equia. ſit ergo cōis ſectio eaz. vſq. ad diætz. cubi liea. k. o.



Dodecahedron proſcripſibili a ph̄bra
 lam cōſtructum

Ita q. sit centrum cubi. Et ducantur linee o.a.o.n.o.p.o.d.o.r. C⁸
 stat autem utraq; diuarum linea p. o.a. f. o.d. est semidiameter cubi. I d^q
 equalis. De linea autem o.k. constat ex. 40. vndeclimi q. ipsa est equalis
 e.k. videlicet medietatem lateris cubi. Et quia k.s. est equalis. k.m. Erit. o.s.
 dimissa in puncto k. s. proportionem habentem medium duoq; extrema
 & maior portio eius erit linea o.k. q. est equalis. e.k. Itaq; p.s. huius crine
 duae linee. o.s. f. s. k. l⁶ q. o.s. f. l¹. p. Eo q. p. ad quas hec demratio non
 extediat est equalis. k. s. triplum in potentia ad linea o.k. Et iō ad media
 tatem lateris cubi quare p. penul. primi. linea o.p. est potetia tripla ad me
 dietatem lateris cubi. Ex correl. aūt. 14. huius cōstat q. semidiameter spere
 tripla est in potetia ad medietatem lateris cubi quem circū scribit eadem
 spēra. Itaq; o.p. est quanta semidiameter spere circūscribentis cubum p.
 positum. Eadem ratione cuncte linee ducte a puncto o. ad angulos singu
 los pentagonoꝝ oium superlatera cubi descriptorum ad singulos angulos
 inq; qui proprii sunt pentagonis non autē cōes eis & superficiebus cubi. s. p.
 prius quales sunt in pentagono statuto tres anguli. n.p.r. De illis autē lincis
 q. veniunt a puncto o. ad angulos singulos pentagonoꝝ qui sunt cōes pē
 tagonis & superficiebus cubi quales sunt in pentagono p̄tī duo anguli. a.
 f. d. cōstat q. ipse sunt equalis semidiametro spere circūscribentis cubum.
 I p̄t. n. sum semidiametri cubi ex. 40. vndeclimi. At vero semidiameter
 cubi est tanq; semidiameter spere ipsum circūscribentis quemadmodum ex
 rōcinatione. 14. appet. I gr̄ oēs linee ducte a p̄cto o. ad singulos angulos
 duodecedri sunt eq̄les adiuuice & semidiametro spere. Semicirculus itaq;
 super totam diametrum spere vel cubi linearis. si circūdūcatur transib⁹ p̄
 oēs angulos eius quare per diff̄nitōnēm ipsum est ab assignata spēra cir
 cūscriptibile. Dico itaq; q. latus huius figure est linea irrotalis ista videlē
 et q. residuum dī si diameter spere ipsum circūscribentis fuerit roalis in lo
 gitudine vel in potentia. Cum. n. diameter spēre sit ex. 14. huius tripla in
 potentia ad latus cubi erit latus cubi rōnale in potentia si diameter spēre
 fuerit rōnale in longitudine vel in potentia. Cōstat autē ex 11. q. linea. r. p.
 dividit lineam. a.d. q. est latus cubi s. proportionē h̄ntem mediū duos
 extrema & q. portio eius maior equalis ē lateri pentagoni. Et quia maior
 portio eius est residuum ex sexta huius manifestum est latus figure dīode
 cedron ē residuum quod demonstrare voluimus. Fabricata sunt igitur p
 g. & quatuor eam sequētes quinq; corpora equilatera atq; equiangula quo
 cum vñquodq; ē circūscriptibile ab assignata spēra. Sūt autē hec solidū p̄
 rimum qdem quatuor basum triāgularium: & dī tetracedron. Secundum ē
 sex basum quadrataꝝ & dī cubus sine exacedron. Tertium oī basū triā
 gularium: & dī octocedron. Quartum autē ē solidū yocedron & est vñ
 gini basū triāgularium. Quintum vero ex. p. basib⁹ pentagonis cōſi
 stit dīq; duodecedron. Hec at quinq; solida regularia dicuntur qm ipsa eq̄
 angula sunt atq; eglatera & a spēra atq; ab inuicem circūscriptibilia. plura
 vero his quinq; eglatera q. sunt & equiangula ē est impossibile. Ad cōſi
 titutionem cuiuslibet anguli solidi necesse est ad minus tres superficiates an
 gulos cōcurrere. Ex duobus enim solis superficialibus neque solidus angu
 lis cōpleri: q. ergo tres anguli cuiuslibet exagoni equilateri & equianguli
 sunt equalis quatuor angulis rectis. At vero eptagoni & cuiuslibet plurim⁹
 laterum figure equilatera atq; equiangule tres anguli sunt maiores quatuor
 or angulis rectis quemadmodum ex. 33. primi euidenter elicetur: omnis
 autem angulus solidus quia major rectis angulis minor est teste. 11. vndeclimi
 impossibile est tres angulos exagoni atq; eptagoni: & simpliciter omnis
 plurilatera figura equilatera tamen atq; equiangula potest ex super
 faciebus exagonalibus aut plurim⁹ laterum constitui. Si enim tres anguli
 exagoni equilateri atq; equianguli quemq; solidum angulum excedunt
 quatuor & plures multo fortius eundem excedunt. Tres autem angulos pē
 tagoni equilateri atq; equianguli minores esse quatuor rectis angulis. ma

scd ex 34 p̄mi p̄
 bar deinceps sūm
 om̄m k. s. et m p̄ equalis et perpendicularis
 linea squadrantis sunt q. sp̄ et k. m
 & q. k. sed k. m. est equalis k. s. utraq;
 cuius maior potest linea & equalis deinceps
 k. m. p̄p̄. k. m. et deinceps. Quare
 & om̄q; sp̄ p̄p̄ & q. k. s.

vlo 103 est. A. q. diametris & p̄p̄
 regla ad linea & li. inscriptis. Sunt
 diametris & li & p̄p̄ regla ad
 linea C. b.

atius & dīc dīc. (v. d. am p̄. 11.)
 p̄p̄ residuum dīc. strār

Pulchra ad modum

Cirregularia hanc

Non p̄p̄. q. p̄p̄ p̄p̄ p̄p̄
 regulare quod p̄p̄

nifestum est et quatuor esse maiores quare ex tribus angulis pentagoni equilateri atque equianguli possibile est solidum angulum constitui. ex quatuor autem aut ex pluribus impossibile. ideoque unum duntaxat solidum ex pentagonis equilateris atque equiangulis constitutum est: illud videlicet quod duodecagon dicitur in quo anguli pentagonorum termini sunt solidos angulos perficiunt. Eadem quoque est ratio in quadrilateris figuris equilateris et equiangulis qui in pentagonis: ipsi enim quadrilatera figura si equilatera equiangulaque fuerit ipsa erit quadrata a divisione. Nam omnes eius anguli erunt recti per .32. primi. Ex tribus igitur angulis talis superficialis figure possibile est solidum angulum constitui: ex quatuor autem aut ex pluribus impossibile est: propter quod ex talibus figuris superficialibus que cum quadrilatero ipse sint equilaterae atque equiangule unicum solidum quod cubum dicimus: fabricatum est. Triangulorum autem equilaterorum sex anguli sunt egales: quatuor recti ex .32. primi: pauciores ergo minores et plures maiores rigitur ex sex angulis talium trigonorum aut ex pluribus impossibile est angulum solidum fieri: ex quinque et ex quatuor et ex tribus possibile. Cum itaque tres anguli trianguli equilateri efficiunt angulum solidum: perficitur ex triangulis equilateris corpus quamvis basium triangularium atque equilaterarum. Cum vero quatuor confurgunt corpus octo basium quod octaedron dicitur. At vero si quinque triangulorum equilaterorum anguli solidum angularum contineant hoc corpus yccedron viginti basium triangularium et equilaterum. Quare ergo tot sunt talia sunt solidaria regularia et quare plura his non sunt dictum est.

Estigato.


Aqua sicut totum ad totum ita dimidium ad dimidium. Nam vero ibi dicitur dyameter spere tripla est in potentia ad latus cubi ideo et semidyameter similiter est potentia triplex ad medietatem lateris cubi ac si dyameter esset .6. eius potentia .36. Et latus cubi esset .3. cuius potentia est .n. semidyameter .3. potentia eius .9. medietas lateris cubi esset .3. cuius potentia .3. que est subtripla ad potentiam .3. hoc est ad potentiam medietatis dyametri spere et cetera.

Proposito .18.



Aterta quinque corporum premissorum ab eadem superficie circumscriptibili cuius spere sola diamentros nodis proposita fuerit per ipsam propositas diametrum invenire.

Si. a. b. diameter alicuius spere nobis proposita. ex qua iubemur latera quinque premissorum corporum dictere. **P**rimus igitur hanc diametrum in. c. ita q. a. c. sit dupla ad. c. b. Et per equalia in. d. Et lineamus super eam semicirculum. a. f. b. ad cuius circumferentiam protrahantur due linee perpendiculares ad lineam a. b. que sint. c. e. et. f. d. Et iungamus. e. cum. a. f. cum. b. f. f. cum. b. **M**anifestum ergo est ex demonstratione. n. q. a. e. est latus figure quatuor basium triangularium et equilaterarum. Et ex demonstratione .14. q. e. b. est latus cubi. Et ex demonstratione .15. q. f. b. est latus figure octo basium triangularium et equilaterarum. **P**rodeat itaque puncto. a. linea. a. g. perpendicularis ad. a. b. si equalis eidem. a. b. si iungatur. g. cum. d. Si ergo punctus in quo. g. d. secat circumferentiam semicirculi. Et ducatur. h. k. perpendicularis ad. a. b. si quia. g. a. est dupla ad. a. d. erit ex quarta proportioni. h. k. dupla ad. k. d. Sunt enim duo trianguli. g. a. d. et. h. k. d. equianguli ex .32. primi eo quod angulus. a. majoris est equatis angulo. k. minoris namque utrumque rectus est angulus. d. est communis utriusque. **I**gitur ex quarto secundi. b. k. est potentia quadruplicata ad. k. d. ergo ex penultima. primi. b.



Latus figure + basi
latus figure + basi
latus figure + basi

C. est potentia quincupla ad. k.d. cumq. d.b. sit equalis. h.d. est enim d.
centrum semicirculi. erit quoq. d.b. potentia quincupla ad. k.d. At vero
cum tota. a.b. sit dupla ad totam. b.d. quemadmodum. a.c. detracta ex Hypothesi
prima. a.b. est dupla ad. c.b. detractam ex secunda. b.d. erit ex. 19. quinti
b.c. residua prima dupla ad. c.d. residuum secunde. I deoq. tota. b.d. est
tripla ad. d.c. Igitur quadratum. b.d. est nonecplum ad quadratum. d.
et quia ipsum erat quincuplum tantum ad quadratum. k.d. erit ex se
euda parte decime quinti. quadratum. d.c. minus quadrato. k.d. I deoq.
d.c. minor. k.d. Sit igitur. d.m. equalis. k.d. Et prodeat. m.n. v.q. ad cu-
cumferentiam que sit perpendicularis ad. a.b. Tungatur. n. cum. b. Cum
igitur. d.k. f.d. m. sint equiles erunt ex diffinitione cuius. quod est ali-
quas lineas a. centro equidistare due linee. h.k. f.m. n. equaliter distan-
tes a centro. I deoq. equales adinuicem ex secunda parte. 13. tertii si ex se-
cunda parte ferri eisdem. Itaq. m.n. est equalis. m.k. Nam h.k. erat
equalis ei. At quia. a.b. dupla est ad. b.d. f.k.m. dupla est ad. d.k. f. qua-
dratum. b.d. quincuplum ad quadratum. d.k. erit ex. 15. quinti quadra-
tum. a.b. similiter quincuplum ad quadratum. k.m. est enim quadratum
dupli ad quadratum dupli sicut quadratum simpli ad quadratum sim-
pli. Ex demonstratione enim. 16. manifestum est q. diameter spere est po-
tentia littere quincupla tam ad latus exagoni circuli figure. 10. basium. q. ad
k.m. est equalis lateri exagoni circuli figure. 10. basium. Nam diameter
spere que est. a.b. est potentia littere quincupla tam ad latus exagoni circuli
illius figure q. ad. k.m. Rursum ex demonstratione eiusdem manifestum
est q. diameter spere constar ex latere exagoni f. dupli lateri decagoni
circuli figure. 10. basium. Cum ergo. k.m. sit tanq. latus exagoni. At ve-
ro. a.k. sit equalis. m.b. Nam ipsa sunt residua equalium demptis equa
libus. Erunt. m.b. tanq. latus decagoni. Quia igitur. m.n. est tanq. latus
exagoni. nam. ipsa est equalis. k.m. erit ex penultima primi. f. 10. binus
n.b. tanq. latus pentagoni figure circuli. 10. basium. Et q. ex demonstra-
tione. 16. apparet q. latus pentagoni circuli figure. 10. basium est latus
eiusdem figure. 10. basium. Constat lineam. n.b. esse latus istius figure.
Quidatur itaq. e.b. que est latus cubi ab affigata spera circumscripta
duo secundum proportionem habentem medium duoq. extrema in
proposito. p. Simq. maior portio eius. p.b. Constat igitur ex demonstratio-
ne premissa q. p.b. est latus figure. n.b. basium. Invenia ergo sunt latera.
s. premissorum corporum ex diametro spere nobis propoluta. Est enim
latus. a.e. piramidis. 4. basium. e.b. latus cubi. f.b. latus octocedri. At ve-
ro. n.b. latus ycodedri. Linea autem. p.b. latus dyodecedri. Que autem
bonum laterum sunt maiora alii sic habentur. Constat enim q. a.e. est
maior. f.b. nam arcus. a.e. est maior arcu. f.b. Itaq. f.b. est maior. e.b.
Et. e.b. maior q. n.b. At vero. n.b. dico etiam esse maiorem q. p.b.
Cum enim sit. a.c. dupla ad. c.b. erit ex quarta secundi quadratum. a.c.
quadruplum ad quadratum. c.b. Constat igitur ex secunda parte corre-
llarii. g. sexti si ex correlario. 17. eiusdem q. qdram. a.b. tripli est ad qdram. b.
et sed. p. u. sexti qdram. a.b. ad quadratum. b.e. est. sicut qdram. b.e. ad
qdram. c.b. ex eo q. proportio. a.b. ad. b.e. est sicut. b.e. ad. b.c. ex secunda
parte correlarii. g. sexti. Itaq. p. u. quati quadratum. b.c. triplum est ad qdram.
c.b. Et quia quadratum. a.c. quadruplum est ad idem quadratum ut ostendit
f. 17. est. erit ex prima parte. 10. quinti quadratum. a.c. minimus quadrato.
b.e. I deoq. linea. a.c. maior est linea. b.e. I deoq. a.m. multo maior. b.e.
Manifestum vero est ex. 9. briui. q. si linea. a.m. diuitia fuerit fm propor-
tionem huius medium duoq. extrema erit maior portio eius linea. k.m.
q. est equalis m.n. At vero cum. b.e. dividitur fm eandem proportionem
delicet huius medium duoq. extrema maior eius portio est linea. p.b. cu itaq.
et ora. a.m. sit maior tota. b.e. erit. m.n. que est equalis maiori portio i.a.
m. maior q. p.b. que est maior portio. b.e. Hoc autem manifestum est ex
secunda. 14. libri que sine auxilio aliquius eamque sequuntur summa de-

Hypothesi

Tergo k.m. est

17 k.d. ex ad. a.d.m. ex d. 6

Latus figure viginti basum+ est cum maxima potest latere q. nisi fabi-
cium angulum perfigatur equaliter, quicunq; pentagoni c. 11
utris figure duoden basumDe majoritate lateru

| | |
|------|------------------------------|
| a.c. | latus perpendiculis q. basum |
| f.b. | latus octocedri |
| c.b. | latus recti |
| n.b. | latus recti hydron |
| p.b. | latus dyodecedri |

maximus

Nunc atque in amplius secundum divisionem
quartum


Cur cubus primitus ostenditur

monstratione solidatur. Ergo p. 10. primi a fortiori. n. b. maior est q. p. b.
Quare patet latera horum s. corporum premissorum sere eo ordine quo
corpora se inuicem sequuntur se inuicem excedere. In cubo enim dument
xat si octocedro habet hic instantias. Nam latus octocedri excedit latus
cubi quis cubus antecedat octocedrum. Cubum autem premitunt idcirco
eo octocedro quia eadem diuisione diametri assignate spere latus pira-
midis. 4. bases triangulas habentis si latus cubi inuenitur. Est igitur. a. e.
latus piramidis maius lateribus ceterorum corporum. Post ipsam autem est
s. b. latus octocedri maius sequentium corporum lateritus. Tertio ordine
sequitur in magnitudine. e. b. latus cubi. Quarto vero loco e. n. b. latus yoco-
cedron. Minimum autem est omnium. p. b. latus duodecedron vel duo-
decidri.

¶ Explicat liber Tertiodecimus.

*¶ Quartodecimus liber Euclidis de habitudinibus trianguli
pentagoni hexagoni decagoni et adiuicem respectu lineae. Secundum
dum proportionem habentem medium duorum extremitatum di-
stinet corpora regularium intra adiuicem proportionibus ex opti-
mali Campani interpretatione. Agitatio Luca Pacioli de
Burgo Sancti Sepulchri Ordinis Pinorum et alij auctore
acutissimo feliciter. Incipit.*

Propositio .I.



*¶ Unus perpendicularis a centro
circuli ducta ad latus pentagoni
intra circulum ipsum delcripti.
Dimidio lateris decagoni et q. di-
midio lateris etragoni intra circu-
lum eundem delcriptorum am-
bos dimidiis in longum dire-
ctus coniunctis equalis esse po-
batur. ¶ Datet igitur perpendicularis
ducta a centro circuli ad
latus pentagoni est equalis per-
pendiculari ducta a centro ad latus
trianguli dimidiog. lateris dec-
goni intra eundem circulum.*

*¶ Sit linea. a. b. latus pentagoni equilateri inscripti circulo minus centro. e.
et ducatur a centro. c. perpendicularis ad lineam. a. b. que per secundam p-
tem tertie tertii dividet ipsam per equalia & arcum eius etiam per equalia
ex quarta primi & 2. tertii. Sitq. hec perpendicularis linea. c. d. secans. a. b
in punto. e. & arcum eius in punto. d. Est igitur ut diximus linea. a. g.
equalis linea. e. b. & arcus. a. d. arcui. d. b. Protrahatur linea. d. b. de qua co-
stat. q. ipsa est latus decagoni equilateri proposito circulo inscripti cum ipso
subtendatur medietati quinte totius circumferentie. Dico itaq. q. linea. c.
c. est equalis medietati linea. c. d. & medietati linea. d. b. in longum dire-
ctumq. coniunctis. Compleantur quidem diameter. d. c. sitq. d. c. g. q. sit. e.
f. equalis. e. d. & protrahatur. b. f. Eratq. ex. 4. primi. b. f. equalis. b. d. Ideoq.
g. s. primi angulus. b. d. f. erit equalis angulo. b. f. d. Constat autem ex vleia
sexti q. angulus. g. c. b. quadruplicis est ad angulum. b. c. d. Eo q. arcus. g. b.
quadruplicis est ad arcum. b. d. At vero angulus. g. c. b. per. 32. primi duplus
est ad angulum. b. d. c. Nam ipse est extrinsecus duobus qui sunt. b. d. c. &
d. b. c. At ipsi sunt equalis ex. 5. primi. igitur angulus. b. d. c. duplus est ad
angulum. b. c. d. Quare angulus quoq. b. f. d. duplus est ad angulum. b. c. f.
Sed angulus. b. f. d. est equalis duobus intrinsecis qui sunt. b. c. f. & c. b. f.
per. 32. primi. Itaq. duo anguli. b. c. f. & c. b. f. sunt equales. Ideoq. per. 6.*

primi-c.f.est equalis.b.f.I deoq. etiam c.f.est equalis.b.d.Nam b.d.g.
b.f.sunt equales adiunivcem. Quare dimidium.c.d.cum dimidio.b.d.
est quantum dimidium.c.d.cum dimidio.c.f.at vero c.dimidium.c.
d.cum dimidio.c.f.est quantum dimidium.c.f.bis cum dimidio.f.d.
Dimidium autem c.f.bis est quantum.c.f.Et dimidium.f.d.est quantum
e.f.I taq.c.c.est quantum dimidium.c.d.cum dimidio.d.b.quod
est propositum. Correlarium autem sic constat manifestum est enim ex
8.tredecimi libri q.perpendicularis ducta a centro circuli ad latus trian-
guli sibi inscripti est equalis dimidio linee ducte a centro ad circumfe-
rentiam. Hoc quidem ibi demonstratum est & quasi correlarium con-
clusum. Cum igitur ex hac prima istius.14.libri pateat q.perpendicula-
ris ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis dimidio linee
ducte a centro ad circumferentiam f.dimidio lateris decagoni sequitur
q.perpendiculararis ducta a centro circuli ad latus pentagoni sit equalis
perpendiculari ducta a centro ad latus trianguli dimidioq.lateris de-
cagoni intra eundem circulum descripti & hoc est quod ex correlatio-
proponitur. Num ergo explicandum est quod ait Arissius.in libro inti-
tulato Expositio scientie.s.corporum nec non f.Appollonius in dono
seundo iur proportionalitate figure n.basium ad figuram. 10.basium
dicens; q.proportio superficium figure habentis n.bases ad superficies
figure habentis 10.bases est tunc proportio corporis n.basium ad cor-
pus 10.basium. Linea f.enim ducta a centro circuli pentagoni figure n.
basium duodecedri ad circumferentiam eius est quasi linea prodientia
centro circuli trianguli figure 10.basium ycoedri ad circumferentiam
eius. Hec sunt ipsius magni appollonii verba. Intelligenda autem sunt
de figura 13 & figura 10.basium ab una eademq.spera circumscribili
tum. Est enim proportio corporis duodecedri ad corpus ycoedron cum
arabo una eademq.spera circumscribitur. Sicut proportio omnium super-
ficierum dundecedri pariter acceptarunt ad omnes superficies ycoedri
pariter acceptas quemadmodum Appollonius premisorum verborum
prima parte commemoravit quod f.decima huius.14.libri solida demon-
stratione stabilitur. Et est circulus circumscribens pentagonum duodece-
dri equalis circulo circumscribenti trigonum ycoedri cum duodece-
dron & ycoedron eadem spera circumscribit quemadmodum ipse ap-
pollonius secunda parte premisorum verborum commemorat quod
etiam in quinta huius libri demonstratione firmatur premittenda sunt
igitur antecedentia ad tantorum virorum eloquia inconclusa veritate
corrobora.

*Carollus in ostendit
gas eis sum propterea Non lucas-*

Aristoteles in libro Expositionis
sue quae est in
Apollonius in dono sermone

Castigator.

2. At vero dimidium c. d. cum dimidio c. f. est quantum dimidium c. f. bis cum dimidio f. d. sc. cetero.

¶ Proper hoc est notandum q̄ omnium duarum quantitatum in equilibrio semper dimidium maioris cum dimidio minoris est quantum dimidium minoris bis & dimidium differentie qua major habundat a minore verbi gratia sint due linee ille in numeris c-d. e-f. g-d. differentia. f-d. erit .4. nam c-d. est latus exagoni f. c. f. latus decagoni rectum est & latus exagoni excedit latus decagoni in f-d. dico q̄ media eas c-d. que est .6. cum dimidio c-f. quod est .4. que iuncta faciunt .10. sunt dimidia totalia exquantur dimidio c-f. bis. f-g. & dimidio f-d. quod est .2. que iuncta similiter faciunt .10. Et hoc in omni genere verificatur. ¶ Ideo isto medio ipse concludit dicens dimidium auctum e-f. bis est quantum c-f. rotum & dimidium f-d. est quantum e-f. s. medietas differentie f-d. maioris ad minorem itaq. e-e. est quantum dimidium c-d. cum dimidio q-d. b-f. Cetera sine isto proposito non concluderet ut patet.

Propositio .2.

Elicquid accedit vni linee diuisa secundum proportionem habentem medium et duo extrema omnia linee similiter diuisa probatur accidere.



